



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A D
NUMISMATA
IMPERATORUM ROMANORUM

AUREA ET ARGENTEA
A VAILLANTIO EDITA, A CL. BALDINIO AUCTA

SOLIUS AUSTRIÆ UTRIUSQUE, IISQUE ALIQUIBUS MUSEIS

S U B P L E M E N T U M

A

JULIO CAES. AD COMNENOS

SE PORRIGENS

O P E R A

J O S. K H E L L e S. J.




BIBLIOTHECA GARELLIANA, ET REI NUMARIA IN CONLEGIO REGIO
THERESSIANO DOCENDÆ PÆFECTI, ACADEMIA HETRUSCA
CORTONENSIS SOCIL

V I N D O B O N Æ,
T Y P I S J O A N N I S T H O M Æ N O B I L I S D E T R A T T N E R N ,
C A B S. R E G. A U L Æ T Y P O G R A P H I E T B I B L I O P O L Æ .

C I C I C C L X V I I

-HSC



EXPLICATIO.

*Ornamentorum chalcographicorum ad spatio vacua
adhibitorum, ut se ordine consequuntur.*

Quae hic tam in fronte, quam ad calcem præponitur fascia pretii singulare, declarabitur, ubi de vasculo Aegyptiaco numos Neronis pag. 24. claudente sermo erit, ex quo, ut undique cælata signa conspicantur, & jucundius, & utilius, desumptæ sunt.

I. *Pag. 2.* Amor suaviter dormiens in stragula, capiti subjecta culcitra; sinistra in caput sublata, dextra remissis molliter digitis arcum tenet, pharetra post femur dextrum loro complicato jacente; per totum corpus puerilis caro turgidula, quin tumeat, scalptoris Romani artificium præclare commendat. Signi ex albo marmore scalpti, atque Constantinopoli Viennam deportati longitudo cum pulvinare pedes II., hoc demto pedem cum decem digitis obtinet: latitudo ad pedes minima digitorum VII., ad alas maxima pedis, ad caput media IX., & semis digitorum.

II. *Pag. 3.* Græcam elegantiam undique spirat Sileni protome ænea, seu calvum caput hedera coronatum, seu amoenum, sitibundumque senis vultum, oculis & ore vinum conprobantem, thoracem, humerum ad ætatem ex artis

X

le-

legibus effictum consideres; nihil hic ærugo de minutis artis aut detraxit, aut obtexit, ut de suo *T.I. Tab. XV.N. 2.* repræsentato conquestus est Inl. Caylus, quo sigillo minus est nostrum, altum digitos duos & semis, latum ad humeros digitum cum lineis *xii.*

III. *Pag. 7.* Puellus delphino hilariter vectus, utraque manu soluta, ut videatur, jactat crotala minora, qualia Tomo I. Herculaneum monumentorum *Tab. 32.* ab academicis male pro clavis habita. Caudæ delphini, lepida Romani artificis, ut mos gentis ferebat, conjugatione, concha insidet ex globosarum familia, cuius cavum perparum capax quia in caudam non aperitur, sigillum hoc æneum præter exornationem vix usum alium habere poterat, quam atramenti continendi. Altitudo ejus usque ad capillorum supremum cincinnum digitos sesqui tertium, longitudo delphini cum concha *iii.* digitos cum quatuor lineis æquat.

IV. *Pag. 11.* Pro elegantissimæ hujus pelvis æneæ descriptione Inl. Cayli & experientiam, & stilum mihi cuperem quam maxime; ab ætatis vitiis servata est felicissime, si aliquot foramina minora excipis, quibus cera obstrutis adcuratissima dimensione cepit metretas Viennenses *xvii.* cum tribus quartis quadrantis. Altitudo externa digitorum *iiii.*, linearum *ix.* est: diameter externa superior pedem cum *v.* digitis; media & maxima pedem cum digitis *viii.*: infima digitos *xii.*, lineas duas obtinet.

Mire recreant manubria singula ex duobus serpentibus scite contortis, & concha caput barbatum subiectum eminente composita; fascia suprema opere anaglypho tres nymphas totidem tritonibus insidentes situ & dispositione quam optima repræsentat lepidissime, quæ icon sibi constans octies repetita vas ea parte coronat. Quæ hanc consequuntur fasciæ duæ, laudes merentur plurimas, tertia, quæ pedem convestit, contestatur, quam Romani sua in subpellectile ornanda magnifice delicatuli fuerint.

V. *Pag. 12.* Marmoris albi tabula opere anaglypho sacrificium Priapi repræsentat, alta est *x.* digitos, lineas *six*, longa pedem cum *iv.* digitis, & lineis tribus. Quia ad novas nuptias potissimum pertinebat, deum hunc sibi propitium habere, arbitror, eum, qui post cippum cernuus procumbit, mariatum esse; gestus cum hujus signi, tum aliorum, excepta forsitan tympanistria,

stria, vivum aliquid spirat, ipfi tripodī, & pyramidi inversæ, cui herma insidet, sua ab arte ineſt gratia, adtamen Romanum ſculptorem aper-te prodit opus.

VI. *Pag. 13.* Pocula hæc duo argentea ex præscripto Anacreontis profecto cælata non sunt, qui enim pleiades in ſuo minime ferebat, nec mare, nec marina monſtra paſſus fuifet; non conſentit etiam altera conditio: ποτύ-
γιον δὲ καὶ λόγον ὅστον δύνη βάθυντο, ſingula enim non integrum metretæ Vindobonensis quadrantem capiunt. Ut ſitibundo ſeni non congruunt, ita neque ex Græca officina prodiverunt, etſi ſatis ſcīte ſuperiore in fascia quatuor cælatas perſonas exhibeant, ſcena, ut ita dicam, quater variata, jam thyrſus & capra jacens, tum rhytrum & damula ſtans, dein tympanum cum capra ſtante, denique thyrſus & panthera ad latera conparent; inferior fascia gryphum bovi, equum leoni adverſum repræſentat, ſingulis ani-malibus medio corpore in pifcem deſinentibus.

VII. *Pag. 18.* Lampas eſt ænea satyri confidentis forma, uſque ad caput iv. digitos cum duabus lineis, ad pugnum elatum v. digitos, decem lineas alta, iv. digitos cum decem lineis longa. Signum præſtans commendationem ſingularem Græco artifici parit, ſeu vultum, ſeu tensum finiſtrum, feriens dextrum brachium ſpectas, abſoluta ſunt omnia, nitentis vim muſculorum exercitatione expreſſi tori pene loquuntur, quibus omni-bus conservatio optima miram addit gratiam, ex qua conſequitur, actionem non tam eſſe fabricantis, quam confractiōnem capitis, quod intra pe-des retinet, lapide, quem dextra stringit, meditantis, velut indignaretur, fratrū ſuorum vultus fumofis lampadibus adhiberi.

VIII. *Pag. 20.* Vas fictile eorum ex genere, quæ vulgo Hetrusca dicuntur, etſi Campanica nominanda forent potius, ut Cl. Winckelmannus *Geschichte der Kunſt des Alterthums*, pag. 118. bene obſervat ratione adjecta, ma-ximas confectiones non aliunde quam ex regno Neapolitano eſſe conpoſitas, effodi illa bene magno numero in Campania, atque potiſſimum circa No-lam; quid quod cum Græcis iſcriptionibus inventa fuerint aliqua. Altitudi noſtri xi. digitos, diameter cum anſis x. digitos cum ix. lineis, ſine hiſ digitos ix. æquat: capacitas eſt metretarum Vindobonensium iv. & ſemis.

Nobiliore sui parte, nam postica duos aruspices vestibus suis involutos stantes solum exhibet, in fundo nigro, quo fere hæc vasa esse solent, feminam post asellum stantem repræsentat duos inter faunos caudis prælongis, quorum alter petulcit, alter dextra, ut videtur, viçtimarium cultrum præfert, gestus mulieris cum adjunctis aliis sacrificium Priapo adparari mihi indicat, & rusticum quidem, de quo Columella *L. X.* pag. 186. edit. Aldine.

*Ipsa novas artes varia experientia rerum
Et labor ostendit miseris, usque magister
Tradidit agricolis. Et paullo inferius :
Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixissime Tages in limite ruris.*

Artēm, qua hæc vasa a veteribus fingebantur, pingebanturque, fusius, & adcurate more suo ad minutias usque investigavit Inl. comes Caylus *Recueil d'Antiq. T. I.* pag. 85., & seqq.

IX. Pag. 21. Gemmam artis tabulam hanc ovalem dicere possum, et si ex albo solum marmore scalptam; aquila Ganymedem in nubes subvehit, sed super! quomodo? longissime superat aureum ilium Inl. Cayli *T. II. Recueil d'Antiquités Tab. 47.*, non adtigit eo Martialis *L. I. epigr. VII.* dum caneret:

*Æthereas aquila puerum portante per auras
Illæsum. timidis unguibus hæsit onus.*

Laus par ei debetur, quam æneo ejusdem pueri signo Leocharis arte effictio Plinius tribuit *L. XXXIV. pag. 656.* *Leochares aquilam (fecit) sentientem, quid rapiat in Ganymede, & cui ferat.* Sane tam aquilæ situs, gestusque, quam Ganymedis molticella artuum reclinatio, flexioque ad centrobaricæ apices, ut solicitudinem, amorem, ætatis florem, securitatem, ita leges omnes Græci scalptoris prodit jucundissime; aperto aquilæ rostro applicari posset Martialis epigramma alterum *L. V.* paullo mutatum, quærique:

*Cur mitis aperto
Respicis ore genas? cum Ganymede loquor.*

Al-

Altitudo tabulæ pedem cum tribus digitis, latitudo pèdem cum digitis **x.** habet.

X. Pag. 34. Simile vasculum æneum Ægyptium ejusdem fere dimensionis, nostrum enim sine anulis **iv.** digitos undecim lineas, cum his digitos **v.**, septem & semis lineas altum est, protulit mox laudatus Comes antiquarius ejusdem libri **T. VI. Tab. XIV.** pag. **44.**, incredibile dictu est, quantum unico hoc sacro instrumento a pag. **40.** ad **51.** gloriatur. Felicem metropolem nostram, felix museum, quod alterum quoad cælata signa diversum possidet, si ansæ fere circularis aaulis insertæ defectum excipis, ne minimum quid vitiū passum.

Præstans hoc monumentum ut melius perspiciatur, inlustrem virūm imitatus fascias evolutas, non omnes quidem, sed eas solum, in quibus a Parisino discrepat, ad caput & calcem hujus explicationis repræsentavi, medium scilicet, eamque maximam, & supremæ partem. In illa præcipuum est Osiridis certum signum, ut a Plutarcho *Libel. de Iside & Osiride* describitur; πανταχος δε και αν Θρωπομορφὸν Οσιρίδος ἄγαλμα δεκτύσον εξηρθιδέζον τῷ φιδοῖν, nempe Priapi simile, qualia hactenus tam rara, ut sextum sit: a mento planta *persea* pendet, caput ornant duæ struthionis plumæ, dextra flagellum consuetum sublime tenens ad aram adfistit diversam a Parisina seu figuram, seu id quod inpositum est, consideres.

Præ ara quidem etiam femina adstat, verum quæ corpore magis flexo adorationem nitidius repræsentat. Pro Iside & Horo in Cayli vasculo consequitur apud nos arbor, aut sceptrum illius nequaquam simile, quod in Parisino a tergo est Osiridis, pro hoc enim in nostro statuta est altera ara cum tribus spicis, cui signum capite accipitris flore loti coronato finistram admovet, hanc excipit similis figura nuda, nisi strictissima veste forēt induita cum modio, aut alio vasculo illius simili, cui apud Inl. Caylum **T. III. Tab. IX.** colocasia fructus est inposita, cuiusmodi etiam in tabula Isiaca videtur, loti caudice finistra nitens; claudunt hanc facram pompam utrinque duo præcincti, pedibusque diductis gradientes sacerdotes capitibus similibus, sceptris upupæ capite male formato præfixis instructi.

Supre-

Supremæ fasciæ partem solum depingi feci , quod reliquā Caylianis figuris consentiunt ; in illa Parisina unicum animal , quod asinum habuit Caylus , ego vero canem , quatuor in vase nostro fune ad colla ligato naviculam trahunt , in quo aliquid disciforme , quod numen , nescio quod continet , neque enim Ægyptii deos suos aliis vehiculis in pompa deducere solebant , quam cymbis . Placet ad extreum vasculi capacitatem , a Parisino antiquario omissam , adjicere , medium quadrantem metretæ Vindobonensis capit , ex qua contrarium potius usum , domesticum aliquem ad unam familiam pertinentem inferrem , quam templi publicum , præsertim , quia in nostro nihil admodum de loto .

XI. *Pag. 25.* Non uno loco cogitantium statuas laudat Plinius , péculiare quid habet præfens ænea , neque enim , qui repræsentatur , oculis , aut capite est demisso , sed mento in brachium reclinato , et si meditabundus , recta prospicit vultu ita conposito , velut in amoenissimo objecto defixus esset . Omnes hæc ~~represerantur~~ sedentem juvenem fere judicis more , Paridem de dearum pulcritudine arbitrum indicarent , si vel pedum , vel Phrygius pileus adesset , imo etiam his absentibus , quippe Cl. Montfaucon *T. I. Tab. 108.* gemmas duas profert , in quibus Paris his indiciis destituitur verum quidem est , circumiacentia pecora , deas ipsas præsentes satis rem eloqui .

Ast an non etiam in ea subpellectile , quam hoc jam solum apud nos signum ornabat , capellæ circumjacere poterant ? Profecto in Italia pro consueta antiquis statuis nomina indendi facilitate non pro alio habentur , effetque , qui de Euphranoris Paride conclamaret , de quo Plinius *L. XXXIV. pag. 655. Hard:* *in quo laudatur , quod omnia simul intelligantur , judex dearum , amator Helenæ , & tamen Achillis interfectior* ; singula hæc sane ex vultu nostræ icunculæ prominere , consideranti adtentius videbuntur . His tamen conjectionibus libenter abstineo , id certum , recentius opus esse , quia a pube folium continuo æris jactu defluens sexus indicia obculit , adtamen juxta Græci artificis exemplum effectum esse , negari vix poterit , ita belle omnia pertractata sunt , si dextrum genu nimis acutum excipis . Altitudo cum basi & lapide aut tumulo , cui infidet , digitorum iv , linearum decem est .

XII. *Pag. 28.* Ut hactenus relata ornamenta in nulla antiquaria collectione edita fuisse commemini, ita quoad literas & siglas hieroglyphicas, non vero quoad reliquam structuram canopus hic solidus ex marmore albo similis est illius, quem in palatio legati Melitensium adservatum Kircherus noster *T. III. Oedipi synt. XIV. pag. 435.* in tabella praesigit *N. vi.* indicatum, quin materiae, & dimensionum vel minimam mentionem faciat.

Noster pedem unum cum digito altus, latus ad humeros *vii.* digitos cum lineis octo: altitudo scripturæ ad *vii.* digitos, & duas lineas adsurgit, lata digitos *v.* lineas decem. Seu canopus Kircheri minus servatus est, seu in pictorem minus diligentem incidit, comparantibus liquebit, nostros characteres adcuratiores multo & nitidiores; ob scripturam, quæ a tergo quatuor item columnis continetur, quia eadem, sumtus in tabellam alteram prodigi nolebam. In nostro capitis ornatus, & situs pennæ, quam Kircherus ibidis, Inl. Caylus struthionis *T. IV. Recueil d'Antiq. pag. 20.* vult, diversus, præterea quem hic represefento, nec superius ad humeros ita tumet, nec inferius versus basin, ut duæ utrinque extremæ hieroglyphicorum columnæ finiant, quin ex marmore procurrente videatur aliquid.





LECTORI.

Ut nullam proferundis rei numariæ limitibus obcasio-
nem volens prætermisi unquam , ita superioribus
annis, majoribus aliquibus museis in ordinem redigendis cum
magistro meo , optimæ memoriae , Frcelichio adhibitus vidi
jam tum , præstantiora numismata Vaillantii quinque editio-
nibus conprobata mirum in modum augeri posse ; usit me

X

præ-

præterea patriæ studium, quid si, cogitabam, quæ Vailantius ex tota Europa conlegerat, auxerat subinde typis Romanis Cl. Baldinius, ex solis Austriæ superioris & inferioris numophylaciis ita locupletare liceret, ut æqualis monistomum conficerent numismata nostratia aurea & argentea, qualem de his Romæ anno cīo **Io** **XLIII** ediderat eruditus Italus.

Nec me spes delusit, percursis enim cum majoribus quatuor numophylaciis: cæfareo nempe Vindobonensi, Apostoli Zeni, nunc Canonicorum S. Floriani in Austria superiore, Comitis Jos. Arioſti, & Perinl. de France, tum minoribus aliis, Principis Bathyani, Com. Jos. Kevenhüller, Com. Caroli ab Auersperg, Perinl. de Hauern, PP. Eremitarum S. Augustini Vindobonensium, descriptisque per optimū numis non editis, ea condendo operi silva subnata est, quam inferius minutim indicabo.

Præmittenda, submovendaque ante sunt aliqua: numero των ἀνεξδολῶν eos adscripti, qui in Mediobarbi, Bandurii, Baldinii catalogis desiderabantur, quis enim compilatorem

ad

ad Herculeum eum laborem adiget , ut ob singulos numos
musea typis edita perlustret omnia ? Rationem sane , quam
tenui , præivit in suis adpendiculis ad Vaillantium Froelichius,
atque nuperime tomis auro dignis vir. clarissimus Pelleri-
nius.

Illud hic obgeri posset: cæfareos jam in Cimelio Au-
striaco , de Francii in Mantissa a Cl. Gorio Florentiæ edi-
ta , Zeni ab ipso Baldinio proditos. A postremo ordiar ,
ultra viginti quinque in Romana editione non leges , qui
tamen tertiam solum partem eorum efficiunt , qui in lauda-
ta amplissima gaza conduntur , paucos etiam illos iam in
compilatione Romana conmemoratos prudens omisi , atque
horum loco septuaginta fere alios ex eodem thesauro ad-
jeci.

Diversa de duobus aliis museis res est. Gorii cura edi-
tas Froelichii in numos urbium animadversiones in paucorum
extra Italiam manibus esse sciebam , & præterea prægu-
stum solum aliquem musei Franciani datum fuisse. Quod
Austriacum adtinet , novi librum eum ob majus pretium

paucorum tenuioris fortunæ bibliothecas ornare posse, convenire etiam mihi videbatur, ut ex eorum animis, qui sola Romana Vaillantii editione utuntur, error abstergatur, velut adeo pauper esset gaza cæsarea, ut undecim solum a Baldinio indicatos inter præstantiores numeret, denique ut omnes unum sub conspectum proderentur, nemo Cl. Baldiniū carpsit, quod alienas Bandurii divitias exscripsit. Ceterum si quis de sinceritate tituli *των ανεκδολων* tricari vellet, ad exemplum Pellerini rem ita transfigemus, ut numismata adferranda aut hactenus non edita, aut parum nota nominem, id quod profecto verissimum.

Negligentem me, & fere patriæ injurium queri possent alii, musea scilicet non pauca præterita, nempe intra urbem Granellianum conlegii academicī, ex quo Froelichius tot cimelia protulit, Theresianum, PP., Minorum, quos conuentuales dicimus, Garellianum: foris vero Mellicense & Gottvicensē Benedictinorum, Ducumburgense Canonicorum S. Augustini. De singulis me purgabo: *ανεκδολοι* Granelliani facta permutatione laudabili pro numis urbium & regum ejusdem metalli in museum C. Ariosti, nuper admodum

mor-

mortui , commigraverunt , Theresiani argentei triplices sunt musei cæfarei ab Augusta Froelichio in laborum præmium dati , quos inter frustra non editos quæres , ad Garellianum velut hortos Hesperidum , quidquid demum tentabam , penetrare non licuit , Hercules esse nolui ; ab aliis aut otii angustiæ , itinera , aut exigua etiam aliquid inveniendi spes abstinuit , alienis autem oculis fidere nolebam in criterio γνωστοῖς aut parum , aut nihil expertis , quot quot enim per vniversum opus recensebo numos , eos omnes iterum etiam & fæpius meis oculis & manibus non sine rigida censura tractatos profiteor.

Supereft , ut operis aliquem conspectum dem , eaque indicem , in quibus , et si ceterum Romanæ editioni librum finillimum dare conatus sum , ab editoris moribus discedo . Quod augmentum præstantioribus numis inatibus adjecerim comparatione facta jucundius elucebit , Cl. Baldinius usque ad Valerianum juniores , quo Vaillantius hanc telam perduxerat , non editos CLIII solum dedit , ICIX ανεκδότες aut minus notos profero , ut adeo CCCLVI . hoc in intervallo superent sola , eaque aliqua musea Austriaca .

Continuavit Baldinius pretiosas has merces usque ad Constantimum M., verum Bandurium ita exscribendo, ut tres solum novos adjiciat; nos a Postumo ad Constantimum eorum, qui in Bandurii compilatione adnotati non sunt XCVII, subpeditamus. Cessat hic Baldinius, ulterius ad Alexium Comnenum cursum prosequor subplemento numorum LXXXVII, ut adeo præstantiora numismata, si XI ex Austriaco repetitos demere placet, IOCLXXXII, aut non editis hactenus aut minus notis locupletem.

In pauculis quibusdam a Baldinii instituto discessi: numeros cælatos ille omnes majore, quam res est, & æquali orbe repræsentavit, visum est, singulos sua magnitudine atque erosi aut rupti limbi, areæve vitiis etiam indicatis in conspectum dare more hodie recepto. Quia jure questum esse existimabam Cl. Panelium in præfatione dissertationis de annis Treb. Galli, Æmiliani, & Valeriani Illiberi 1748 editæ, prætermisas plurimum a Vaillantio anticæ partis epigraphes, quæ non sine molestia in postrema Romana editione minutim quæri debent in indice I. tomo II. p. 387 adpenso, eas ubique adjicere placuit; subjicit Baldinius singulis nu-

mis-

mis minuto charactere raritatis indicium, hac hedera super-
sedere potui, cum quia fere non editos numos, qui non ra-
ri esse non possunt, me in lucem dare profiteor, tum quia
ad plures numos, prærepta jam a Vaillanti & Baldinio ma-
teria historica, quod explicationis loco aliud subscriberem,
non habebam, subplevi tamen id compendiario indicio museo-
rum, ex quibus numi deponiti fuere.


Quem finienti singulorum imperatorum recensioni, ubi
vacuum spatum id exigebat, a cælatura ornatum addidit edi-
tor Romanus, superasse me non dubito, quippe qui non ob-
viis ex scrinio typographi, atque ad rem minus pertinentibus
iconismis contentus, præclara ex museo Perinl. viduæ de
France signa æri incidi curavi laudati iam alias adcuratissimi
Mansfeldii manu, cuius unius opera numi item omnes
lineari pictura nitide descripti sunt, et si socrorum cælum non
ubique, ut Pellerinius de suis Gallis queritur, summos apices
autographi adsecutum sit. Ornamentorum horum explicatio-
nem exemplo antiquiorum hujus ætatis, atque Inl. Cayli &
Pellerinii potissimum pagina consequente subjeci.

De

VIII

De his te admonendum censui lector bene vole votis
conceptis, ut aliarum provinciarum antiquarii in novum to-
mum suam symbolam etiam conferant, mihi interim blan-
dior, non facile in bibliotheca aliqua tres Romanos tomos sine
hoc meo subplemento reperiundos fore. Vale





C A E S A R. D I C T. P E R P E T V O. *Caput Julii laureatum.*

L. B V C A. *Orbis, securis, dextræ juncta, fasces, caduceus.*

A. de France.

Ex hoc, aliisque per operis hujus decursum pene certum fit, a monetariis semper denariorum typaria etiam auro feriundo adhibita fuisse, atque adeo cujusvis aurei vel argentei, qui hactenus sunt unici, fratres, ut ita loquar, diversi metalli conplures posteris nostris eruendos superesse.

D I V O. I V L I O. *Caput idem in area astrum.*

C. L. C A E S A R E S. P R I N C. I V V E N T. *Ambo in equis decurrentes.* *R. de France.*

Quia in aureo numo apud Mediobarbum Agrippa cum anticæ epigraphe: *Divus Julius*, conjungitur, non arbitror, monetario-rum lapsu factum, ut nepotes etiam sociarentur, præsertim cum hactenus nuspian eos in equis, quemadmodum in singulari hoc nu-mo repræsentatos videre me commemini.

D I V O S. I V L I V S. *Caput ejus spica corona redimitum, binc apex, inde lituus.*

D I V I. F I L I V S. *Caput nudum Augusti.* *A. Cæf. Vindob.*

In hujus numi notitiam non venit Cl. Baldini, quod forsan tardius augustæ gazæ est inlatus; alium aliquem ab hoc aliquantum diver-

A

J V L I V S C A E S A R.

sum aureum etiam cum encomio *præclarissimi*, ac *rariissimi* conmemorat pag. 2., verum hic ne inter adulterinos a nobis rejectos reperitur hodie, haud dubie jam olim, cum hæ merces advenerant, ab adcuratissimo Garellio eliminatus.

D. IVLIVS. *Caput laureatum Julii Cæsar is a tergo lituus, inter duos circulos peripberie numi parallelos: P A C I*

Q. VOCONIVS VITVLVS. *Vitulus stans intra circulum interiorem, intra bunc & exteriorem: I M P. C A P S. V E S P A S I A N. A V G. . . .*

A. olim Apost. Zeno, nunc Can. S. Floriani.

Numus hic ejus fere similis, quem Vaillantius pag. 38. edit. Rom. sub Agrippa, imagine etiam repræsentatum exhibit, edendus ne foret, diu hæfitaveram, subspicionem injectit & humilior cælatura, & ruptura in margine, id quod in hoc ductili admodum metallo adulterationis fere est argumentum; vicit tamen Zeni autoritas, qui eum suo in museo passus fuerat, hunc proinde γραπτοῦ va- dem constituo.

DIVVS. IVLIVS. *Caput Cæsar is laureatum.*

Cometa. Sine epigrapbe. A. de France.

A metallo pretium singulare habet, nam ex Gorlæo argenteum similem retulit Mediobarbus, et si ceterum una solum parte inscripti numi hoc ipso titulo rarioribus fere sunt adcensendi, ut mirer, a Vaillantio eum honorem Gorlæano non fuisse invenimus.





M. LEPIDVS. IIIVIR. R. P. C. *Caput Lepidi nudum.*
 L. MVS SIDIVS. LONGVS. *Cornu copie. A. Cef. Vind.*

Etiā hic novae adcessionis esse debet, quia laudatum Vaillantii editorem fugit, summam ejus raritatem conprobat, quod nec argenteus hujus typi in compilatione Mediobarbi reperitur.





ANT. AVG. IIIVIR. R. P. C. Navis.

LEG. I. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.**R. Cæf. Vind.*

Legionis primæ numum ediderat quidem Vaillantius, verū non nota numerali unitatis, sed syllaba PRI. designatum; dubium omne, velut ex legione II. effictus esset hic numus eraſa nota unitatis altera, jam submotum est in editione cimelii Austriaci.

ANT. AVG. IIIVIR. R. P. C. Navis.

LEG. XXVI. *Aquila legionaria inter duo signa militaria.**R. C. Arioſti.*

Nec Vaillantii ætate, nec etiam anno hujus seculi XLIII., quo Baldinus Romanam editionem curavit, exercitus numarius ultra legionem XXIV. est progressus, ut adeo hicce numus peculiare sibi pretium vendicet etiam præ sequente, quia nuspian haētenus visum novi. Id non adsequor, qua confidentia Inl. Mediobarbus jam in prima anni 1683 editione scripserit pag. 20. in M. Antonii exercitu XXX legiones extitisse docent nos numi. Ubi tamen & Vrsino & Patino posterior Vaillantius Fam. Rom. pag. 118. de quatuor & viginti solum confitetur.

ANT. AVG. IIIVIR. R. P. C. Typus idem.

LEG. XXX. *Signa eadem.* *R. C. Arioſti.*


Ediderat quidem legionis hujus denarium ex museo comitis Roncalli Cl. Paciaudi, quia tamen ipse pag. 8. *Animaadvers.* fatetur simi-

lem jam ante ab Inl. comite Ariosti conditum , omittendum eum non censui. Antequam a legionibus abeo , conjecturam Vaillantii in *Num. famil. pag. 118.* obelo defigere debo , qua volebat ex hisce denariis confici , militum stipendium ab Antonio ad x. asses auctum , non scripsisset id arbitror vir eruditus , si numum aureum cum epigraphe **LEG. XIX.** in museo regis sui, alterum ejusdem metalli **CHORTIVM. PRAETORIARVM.** inscriptum ex thesauro Cl. Pellerin classis & oræ maritimæ supremi quæstoris eadem in urbe , anno superiore *T. I. Mélange de Méd. pag. 165.* editum, atque *Tab. V. N. 5.* repræsentatum , ambos argenteis ut ovum ovo similes , suis- set intuitus.

M. ANT. ARMENIAN. ΚΑΤΑΔΟΤΛΩΣ. *Caput Antonii.*
ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ. ΑΙΓΑΙΟΝ ΤΟΥ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. *Caput Cleopatras Aegypti reginæ velatum.* *R. de France.*

Etsi simile numisma indicavit Gorlaeus *pag. 7.* , alterius ex gaza Medicea meminit Harduin *Oper. Select. pag. 28.* , nostro hic locum tribui debere censui, cum quia & in epigraphe aversæ partis & in pondere, quod drachmas duas , grana 20 solum æquat , ab utroque differt, tum quia nescio, quam ob causam tam a Vaillantio, quam a Baldino Græcum hoc *Armeniæ Subæstoris* monumentum est præteritum.





I M P. C A E S A R. *Caput Augusti nudum in area lituus.*

A V G V S T V S. *Sex spicæ configatae. AR. Formæ Max. de France.*

Abest in Mediobarbi catalogo , neque a supplemento ad Vaillantii numismata præstantiora excludi potuit , quia , quod quidem satis non adsequor , a Cl. Baldini prætermisssus est , quamvis nostri quoad præcipua signa similis Tab. III. N. 2 in Florentino museo erat editus , atque inter Vaticana etiam cimelia alter laudatur. Noster id habet peculiare , ad caput Augusti augurum instrumentum esse adstitutum. Fasciculum sex spicarum Gorius *rūv ēv ἀγιοις* , dum viveret , amicorum dulcissimus adcommodate , ut solebat , ad procuratam ab Augusto Ægypti fertilitatem retulit & ob numos Ægyptios similes , & ob luculentum Suetonii locum , ubi in vita c. XVIII. Ut feraciorem (Ægyptum) babiloremque annonæ urbicæ redderet , fossas omnes , in quas Nilus exæstuat , oblimatas longa vetustate , militari opere deterfit.

Caput nudum Augusti sine inscriptione.

I M P. C A E S A R. *Victoria insistens globo d. coronam, s. tabarum.*

AV. de France.

Nisi typographi errore apud Mediobarbum pag. 26. Victoria infideat , non vero insistat globo , non solum in nobiliore metallo , ex quo flatus noster , verum nec in argento hoc , ad Actiacam etiam victoriam referendo , typo signatus numus ullus productus est haec tenuis.

C. ANTISTI. VETVS. IIIVIR. *Caput Victoriae alatum.*

PRO. VALETVD. CAESARIS. *Sacerdos ad aram cum patera, pone eum victimarius cum bove; infra s.P.Q.R. A. Cæf. Vind.*

Tres hujus IIIviri monetalis, eosque argenteos tantum, diversæ raritatis encomiis ornavit Vaillantius; neque similis argumenti aliquem adjecit editor Romanus, quem hic descripsi, unicus & metalli, & cælatorum signorum, tum singularis inscriptionis ratione, cum hos, tum alios, quos anno V. C. 729. ob morbum, quo Augustus Tarracone tentatus fuerat, procusos fuisse, male opinatur, ut de antica parte nihil loquar, eximia præstantia quam longissime supererat. Male adtributos a Vaillantio eos numos, qui I. O. M. SACRVM præferunt, ajebam non sine teste, ita Dio Cassius edit. Steph. L. LIII. pag. 121. Αφικομένω δὲ ἐς τὴν Ρώμην ἄλλα τινὰ επίτε τῇ σωῆσι, καὶ ἐπὶ τῇ ἀνακομῳδίᾳ ἀπίστε γένετο. Postquam in urbem advenit, alia pro salute, Ἐρεθίστη εἰς αἴστη, seu suscepta, etenim VOTA. SOLUTA. suscep̄tis obposita ante Antonini Pii tempora, atque fere de decennalibus &c. me in numis legere non memini,

Sane adjectum SACRVM votorum eos compotes fuisse declarat, insolens enim nimis foret, nullum numum, qui VOT. SOL. commemoraret, aut procusum fuisse, aut ad nos pervenisse, cum VOTA suscep̄ta pro red. & salut. in omni metallo teneamus, pro lubidine sua Vaillantius in duobus numis, pag. 23. editionis Rom. siglam S pro votis solutis est interpretatus, id quod nunquam fieri potest, donec altera aliqua epigraphe saltem syllaba una præeat, præserit cum eadem statua Martis in his repræsentetur, quæ in numero III. pag. 36., cippus nempe syllabas non ferebat.

Austriacus numus cum omnibus adjunctis morbum Augusti Hispаниcum atque annum 729. adtingit, de hoc pag. 589. laudatus Dio: Οὐ μὲν ἔπει τῷ καμάτῃ καὶ ἐκ τῶν φροντίδων νοσήσας ἐς Ταρρόπονα ἀνεχώρησε, καὶ ἐκεῖ ἥρρωσε. Γάρ δὲ Αντίστοις προσεπόλεμησε ἀλοΐς ἐν τέλῳ, καὶ συχνὰ κατειγάσατο. Augustus ex labore curisque in morbum prolapsus, Tarraconem profectus, ibi decubuit, bello contra Astures & Cantabros C. Antistio præfecto, qui multa præclare gessit. Et post pauca subdit: Οἱ βάρβαροι ἐνικήθησαν, victi sunt barbari. Ha-

bes hic, cur IIIvir ob familiæ suæ decus Victoriam in antica signaverit, atque circumspecte solius *valetudinis*, quæ occasionem huic Antistitorum gloriæ dederat, meminerit.

C. C A E S A R. I I I V I R. R. P. C. *Caput nudum Augusti.*

L. R E G V L V S I I I I V I R. A. P. F. *Aeneas Anchisem in humero sublimem utroque brachio portans.*

Æneam potius (etsi Palladii solitum adtributum absit) quam ex Catanensibus fratribus alterum hic repræsentari existimo, quia magis ad pietatem familiæ Juliæ adcedit ejuscemodi conjectio. Id certum, nullum vel in argento Augusti numum typo simili hactenus fuisse proditum, neque multos IIIIvirorum obcurrere, quibus haec sigla sunt adjectæ, nam universem cum nostro VII reperio, quod forsan causa est, ut de notarum lectione probabile adhuc statutum fuerit nihil.

Hæsitat jam Vaillantius in numo IX. familiæ Antoniæ, legendum ne sit: *Argentum Primus Flavit*, an: *Argento Publico Feriundo*; ad numum IX Livineiæ non magis est certus: *quidam*, ait, *has literas: Argento Publico*, *alii Puro feriundo interpretantur*. Mihi cum vaga illa acceptio literæ A, quæ in nostro aurum, in aliis argentum designare deberet, tum *Publicum vel Purum Laconicis Romanorum inscriptionibus consentire non videtur*, puritas enim metalli fatis se prodebat: ex ærario vero publico depromtum fuisse, ne puer quidem ignorabat.

Quare legere mallem: *Ad Pecuniam Feriundam*. Exempla non defunt: duumviros AD FRV. BMV. in Calpurnia habemus, IIIIVIR. A D. M O N E T A M in marmore Muratorii pag. DCCXIV. N. 5. legitur; adjecerint hoc IIIIviri tempore Julii Cæsaris, ne nomen ad eam ætatem in monetaria officina insolens, & paullo post abrogatum ad quatuor viros juri dicundo, aut viarum curandarum transferetur.

Neque me absterrent numi gentis Fabiæ, Luciliæ, & Tituriæ, in quibus EX. A. PV. vel. A. PV. cælatum, has enim siglas ad caput, cui

cui adstituuntur , non vero ad argentum , ex quo numus fatus est , referendas censeo , atque legi forsan posse : *Ex ærario publico , vel Ære publico nempe ad signum illud alicubi dedicandum conlato ; ajebam , forsan , hæsito enim , an non præstaret legere : ex argento vel ære Punico de Poenis nempe capto , idque propterea , quia in nullo numo ostendi potest , usum fuisse compendii PV. pro vocabulo Publicus , P. PVB. PVBL. nuspian leges aliter.*

C A E S A R . I I I V I R . R . P . C . *Caput nudum Augusti.*

Equestris statua d. lituum tenens , in segmento inferiore S. C. intermedia prora navis.

R. Cæs. Vindob.

Septem numis rarioribus , iisque fere solum argenteis , statuæ Augusti equestres a Vaillantio sunt repræsentatae , aureo nostro seu lituum , seu partem navis spectes , similis est nullus ; an ad Pompejum , an ad Antonium mari viatos referendus sit , argumentis destitutus in medio relinquo .

Ordine alphabeti , ut juxta partes adversas cum Vaillantio , & Romano editore numos dispono , in hujus editione duo consequuntur , ad quos animadversione aliqua est opus : in numo ex thesauro Austriaco pag. 53. indicato omittitur currus cum aquila legionaria intra templum constitutus . Ad consequentem : **S I C I L . I M P . V I I I . &c.** inscriptum , videantur , quæ de numismate Augusti aureo formæ maximæ ex ruderibus Herculani eruto , singulare libello , Viennæ anno C I C I O C C L X V I edito , Lipsiæ & Neapoli recuso differui .

C A E S A R . A V G V S T V S . *Caput ejus nudum.*

S I G N I S . R E C E P T I S . *Mars galeatus nudus stans d. aquilam legionariam , s. signum militare in humerum reclinatum .* *A. Can. S. Floriani.*

Aut multum deinceps auctum fuisse hoc museum , aut valde jejunas sportulas inde Cl. Baldinio missas esse est necesse , cum nec alias opus fuisse , numum cum eadem epigraphe & capricorni signo ex impressa Liebei Gotha Numaria transcribere , identem enim sed præstantiore , quem exhibemus , comitatus adest , quippe cum aureum istiusmodi nemo produxerit .

B

DIVI. IVLI. F. *Caput Augusti simile.*
Q. VOCONIVS. VITVLVS. *Vitulus stans.* AV. Cæs. Vind.

Tib. Sempronii Gracci IIIvir aureum & plures argenteos cum hac anticæ partis epigraphe exhibuit Mediobarbus, atque primo Augusti anno adscripsit percommode, eundem enim Tiberium in numis Julii Cæs. & quidem quæstorem designatum, ut Voconium, habemus, cuius tamen ne argenteus quidem cum Augusti capite in ejusdem Inl. compilatoris catalogo conparet.

A V G V S T V S. DIVI. F. *Caput ejus lauratum.*
TR. P O T. XXVII. *Victoria globo insidens d. ut videtur, fertum.*
Quinarius. AV. Cæs. Vind.

Sedens hæc Victoria pacem ubique partam, Janum clusum ipso situ indicare potius videtur, quam Tiberii triumphum duobus abhinc annis actum, utut sit, numismation & metallo, & mole, & epigrafe singularis est raritatis.

A V G V S T V S. *Caput nudum Octaviani.*
Spinx refidens in pedes posteriores. Anepigraphus. AV. de France.


Diversum aliquantum ab hoc, epigraphe nempe in postica numi parte adscripta, ex museo Austriaco Vindobonensi pag. 27. retulit Cl. Baldini, ast vir expertus numum descriptum solum in sche-dis Cartusianorum Romanorum legerit, nec viderit unquam, verum is sub ipsum numorum emtorum Viennæ adventum inter adulterinos cum XIV aliis aureis rejectus fuit ab Cl. Garellio, ut ne jam quidem in ea condemnatorum serie a nobis constituta reperiatur, auro in meliorem usum averso; quæ hic edico, ex ejus, quem ad manum habeo, catalogo testari possum; quare nostro huic, admensæ alteri ab Romano editore laudes, majore multo jure adscribendæ.

Adnotatione aliqua opus est ad numum pag. 36. ex museo Ap. Zeni productum ab editore Romano, qua in re me jam prævenit optimus meus patronus Pellerinius Tom. I. *Melange de Médail* pag. 176.; atque primum quidem nimis confidenter Baldinius numum V.C. an. 759. cu-

sum fuisse pronunciat, nam cum tam æra Cæsareana an. 705 in octobre, quam Actiaca an. 723 in septembre cœperit, annus in numero duplice epocha signatus jam cooperat an. 758. in autumno, & an. 759 sub idem tempus finierat, quare numerus tribus aut quatuor primis anni Antiocheni mensibus, seu anno V. C. 758. æque fieri poterat, ac posterioribus, qui anno 759. respondent.

Erravit deinde in eo, quod monogrammati præter titulum ATTONOMOT duas alias notiones tribuit, scilicet ANTIochiae & AVGustæ, nam exceptis aliquibus Patrensi numis non ostendetur exemplum, urbes integro suo nomini, ut hic ANTIOXEΩN, in eadem numi parte siglam idem significantem adjecisse. Quod titulum Augustæ adtinet, uti nullum Γ in monogrammate continetur, ita nullo documento conprobari potest, Antiochiam eo aliquando usam.






M. AGRIPPA. -- **INVS. IIIVIR.** *Caput illius cum corona rostrata.*
CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.* **A. Cæs. Vind.**

Aureum unicum eximiæ raritatis & elegantiæ se vidisse fatetur Vailantius, neque Cl. Baldini, quem adderet, habuit; ab hoc non solum, sed a prolatore etiam argenteo ob coronam rostratam diversum fisco. Dolendum, ob abscissum ea parte numum triumvir nomen interiisse, qui forsan alias a Platorino esse potuerat.





T I C A E S A R . D I V I . A V G . F . A V G V S T V S . I M P . V I I . P . M .

Caput Tiberii nudum.

D I V V S . A V G . I M P E R . O C T A V I A *Capita adversa Augusti & Octaviae sororis, quorum illi sol, isti luna falcata insistit.*

R. Majoris formae Cæs. Vind.

Ut nemo præterquam in singulari hoc numo sororis Augusti caput viderit, ita non mirabitur, honorem hunc ei a Tiberio in pensum, quam vivam & mortuam magnifice, atque pro meritis Augustus ipse coluit; narrat Dio *L. XLIX. pag. 473.* de Augusto ex Pannonicō bello reduce: τῇ Οκταβίᾳ, τῇ λε Λιβίᾳ καὶ εἰκόνας - - - - - ἔδωκεν. Octaviae & Liviæ statuas erigi permisit, deinde *pag. 477.* τάξει σὸς ἀπὸ τῶν λαφύρων ἀυτῶν, καὶ τὰς ἀποθέσιας τῶν βιβλίων τὰς Οκταβιανὰς ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς ἀυτῆς κληθείσας καλασκένασεν. Ex Delmatarum manubii porticus & bibliotecas a sororis nomine, Octavianas dictas extruxit. Ubi funeris splendorem *L. LIII. pag. 625.* idem persequitur, subdit: τὰ δὲ δὴ ψηφισθέντα ἀυτὴν ἐπάντα ὁ Αὐγοῦσος ἔδεξεν. Augustus vero non omnia, quæ in ejus bonorem (ab senatu) decreta fuerant, admisit. Hæc inter apotheosin fuisse subspicari licet, quam tamen postea Tiberius executus fuerit.

T I . D I V I . F . A V G V S T V S . *Caput Tiberii laureatum.*

T R . P O T . X X . *Victoria globo insidens coronam neicit.*

A V . Subduplae molis. de France.

Quinarios aureos, quos omnes raros hic pronunciat Vaillantius, tres typo simili, sed tribunitiae potestatis numero diverso singulos produxit, acceptum hoc patrimonium, quia ne numulo auxit Romanus editor, noster peculiaris raritatis laudem merebitur, qui xx. præfert.

Errorem Vaillantii, qui nimis folcite in victorias de hoste aliquo relatas pro singulis suis quinariis inquisiverat, hic descripsit Baldinius, cum anno V. C. 777. Trib. Potest. xxv. uterque adfixit, etenim si hinc sursum numeras, ad annum V. C. 753. venies denique, quo primum Tiberio tribunitia potestas conlata fuisset, ast consentientibus historicis hic honor ei obvenit V. C. 757.

Unde consequitur *Trib. Pot. xvii.* cum anno V.C. 772. xxii. cum anno 777, quo Tacfarinas a Dolabella vicitus, xxv. cum anno 780, xx. in nostro numulo signatam cum anno 775. congruere. Ajebam, Vaillantium folcite nimis in victorias pro numis explicandis inquisivisse, quia in horum annorum tribus peculiare nihil armis actum; placuerit nempe signum sedentis Victoriae aliquamdiu cæloribus monetariis, ut saepius illud variato *Trib. Pot.* numero repræsentarent, quemadmodum de Apollinis Actii & Diana cum epigraphe **SICIL.** statuis in singulari meo libello ostendi.

Aut aliis est numus, quem Romana editio pag. 42. exhibet, aut minus servatus jam ab Vaillantio lectus est, nam similis adest in museo Apost. Zeni, in cuius antica nominibus integris, **TIBERIOΣ ΚΑΙΣΑΡ.** &c. in postica: **ΕΛΕΤΘΕ.** legitur.

Gratiam me a lectore conjecturum existimabam, si, antequam de numo regis Bospori, in quem aliquod jus habeo, agam, numum Pythodoridis reginæ pag. 43. non omnino transeo. Ut bene ex Bimartio Vaillantii lectionem & explicationem emendavit per numum Abbatis Rothelin Baldinius, ita quoad caput Tiberii & ini-

tium æræ V. C. 713 consentire non possum; in eodem hoc numo erudit Galli certum Augusti caput viderunt, quod etiam capricorni signum confirmare potest. Ex hoc consequitur, quia alter numerus ejusdem reginæ cum bilance in aversa eandem epocham Σ seu 60 præfert cum Tiberii capite, numum alterum paullo ante mortem Augusti, alterum initio aditi a Tiberio imperii cusum, cum proinde certum sit, Augustum mortuum V. C. 767. mensis Augusti die 19. atque Tiberium illico obtinuisse imperium, si 60 ab 767 subducas, annum V. C. 707. tenemus, qui ob liberatum a Pharnacis tyrannide Pontum aptior sane est pro æræ initio, quam ille 713., si etiam reliqua consentirent. Vide si placet *Mém. de bel. let. T. XXIV. pag. 80. &c seqq.*

Numum regis Bospori, quem ex eodem museo ibidem protulit Cl. Baldinius, contrectavi etiam, mirabarque, virum eruditum Rhœmetalcen Thraciæ regem, de quo Tacitus, pro Tiberio Julio Rhescuporide I. nobis obtrusisse, etenim, si etiam erronea Vaillantii æra V. C. 453. pro 457. adsumitur, nullum in Bosporo Rhœmetalcen invenies, ubi contra epocha ΑΛΤ adhibito vero æræ initio 457 aptissime in annum V. C. 788 & Tiberii imperium congruit. Etsi hac in emendatione me jam prævenit Cl. Cary *Hist. des Rois du Bosp.* p. 47. &c seqq. quia tamen numus in aliquo Austriae museo adservatur, omittendam non existimavi.





D R V S V S . . . A V G . C O S . I I . . . R . P . Caput Drusi junioris nudum.

T I . C A E S . A V G R . P . X X X V . Caput Tiberii laureatum.

A R . C æ s . Vind.

Merito Panelius noster, Regis Catholici paucis abhinc annis antiquarius & Vaillantum, & religiosum nimis ejus descriptorem Baldinum perstringit *Dissert. de numo Tarragonensi ob epigraphen averse mala fide pag. 44. edit. Rom. descriptam*, etenim pag. 39. idem numerus erat propositus cum Tiberii Trib. Pot. XXXV. Verum idem nimius Harduini sectator majore jure a Cl. Belley reprehensus fuit, *Journal des Scavans 1749. Mensè Octobre pag. 147*, dum nobis vivum Drusum ad xix. Tiberii annum præstare voluit, quem historici omnes ix. Tiberii anno, Livillæ & Sejani artibus necatum scribunt, velut nempe Tiberius parricidii penitens, mortui memoriam ea in dignitate gestorum munerum anno imperii sui xix publica in pecunia renovare non potuisset; id sane probabilius multum, quam scriptores veteres omnes falsi postulare.

A N T .



ΑΝΤΩΝΙΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Caput uxoris Drusi senioris.*

ΤΙ. ΚΛΑΤΔΙ. ΚΑΙ. ΣΕΒΑ. ΓΕΡΜΑΝΙ. ΑΤΤΟΚΡ.

L. B. *Caput Claudii laureatum.*

Alter fere similis cum anno II.

R. *Max. forme de France.*

R. *Can. S. Floriani.*


Etsi ante conplures annos pro texenda chronologia Augustorum ex solis numis Aegyptiis musea tam edita, quam non edita, quæ inter erat amplissimum illud Cl. Stoschii, diligenter excusseram, in nullo tamen Antoniæ numum cum Claudii anno x i i i. vel in ære reperi. ΣΕΒΑΣΤΗΣ titulus mortuæ adjectus obturbare posset, nisi ex Suetonio L. V. c. ii. certiores redderemur: *Decernendum curavit - - - matri carpentum, quod per circum duceretur, & cognomen Augustæ, a viva* (ita enim rectius legi pro avia, numi hi ipsi conprobant) *recusatum.* Divæ nomen ob modestiam illi datum non fuerit, cum Suetonius paullo ante disertis verbis meminerit, id soli aviæ Liviæ obtigisse.



C. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. POT. *Caput Caii laureatum.*
 TI. CLAVD. CAESAR. AVG. P. M. TR. POT. IMP. VI. *Caput Claudii laureatum.* *AR. Can. S. Floriani.*

Etsi monetarii imprudentia, numus enim nec subæratus est, nec aliquam adulterationis speciem præfert, Claudi capiti aversa ex emerito Caii typario adjuncta est, quia nec ejuscemodi exclusit Cl. Baldinius, locum hic meretur, atque meliore etiam jure, quod in nullo Claudii numo apud Inl. Mediobarbum titulus IMP. VI. adscriptus legitur.





TI. CLAVDIVS. CAESAR. P. M. TR. P. *Caput Claudii laureatum.*
EX. S. C. OB. CIVES. SERVATOS. *Intra quernam coronam.*

R. C. Ariosti.

Argenteus unicus in catalogo Mediobarbi recensetur cum epigra-
 phe OB. C. SER., quia hic noster & siglarum vocabula conplet , &
 præterea solemni illo: EX. S. C. marmor aliquod hac inscriptione in-
 signe dedicatum adnuntiat , pretium non vulgare meretur.

Ad pag. 55. Edit. Rom. observandum , rarissimum illum numum , in
 cuius aversa restitutionis a Trajano facta est mentio , jam a Vail-
 lantio male explicatum , sine ulla censura dimissum fuisse ab editore
 Romano ; profecto muliebre signum , quod in hoc numo , si alterum
 cornu copiæ demis , eodem modo confidet in aliis solius Claudii mo-
 netis cum epigraphe **CONSTANTIAE. AVGVSTI.** de statua refecta a
 Trajano admonere potuisset viros eruditos ; ut nihil dicam de dubia
 admodum ejus loci interpretatione , quem ex Suetonii **L.V. c. 46.**
 pro sua sententia adlegavit ; qui plura volet , consulat *Mem. de l'A-*
cad. de belles lettres T. XXIV. p. 175.

- - - - - **SAR. AVG. P. M. TR. P. VI. IMP. XI.** *Caput Claudii.*
laureatum.

P. M. AVGVR. C. -- III. *Currus quadrijugus, in quo vir stans d. ne-*
scio quid, forsan lituum, aut aquilam. *R. Cæf. Vind.*

Insolens Auguris titulus eximiae raritatis huncce numum reddit ; an
 hic adjectus fuerit , quia primum hoc illi munus obtigit teste Suetonio :

C 2

cum nullo præter auguralis sacerdotii honore, ab Augusto impeditum: an quia augurum scientiæ admodum deditus, quia idem scribit: obseruavitque sedulo, ut quoties terra in urbe movisset, ferias advocata concione, prætor indiceret: utque dira avi in urbe, aut in capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse jure Max. Pont. commonito pro rostris populo præiret.


ΤΙ. ΚΛΑΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑ. ΓΕΡΜΑΝΙ. ΑΤΤ. Λ. Σ.

Caput Claudii laureatum.

ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. *Messalina stans d. Octaviam & Britannicum tenet s. spicas.* *R. Max. mod. Can. S. Flor.*

Quam a metallo commendationem habet numus similis cum nota anni tertii a Vaillantio propositus, eandem sibi hic imperii anno sexto signatus vendicat.





ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ. ΣΕΒΑ. L. I. *Caput Agrippinæ uxoris.*
ΤΙ. ΚΛΑΤ. ΚΑΙ . . . ΓΕ. ΣΕΒ. ΑΤΤΟ. *Caput Claudii laureatum.*
R. Max. mod. C. Ariosti.

Unicum cum Neronis, nullum cum Claudii capite Græcum numisma produxit Vaillantiūs, præsens ob singularem metalli puritatem eximiæ raritatis laudem sibi conciliat.

Aureum Cotyos I. numum ex museo olim Apost. Zeni hic adjecit Cl. Baldinius, de quo mox inter Neronis nummos loquar.





NERO. CLAVD. CAESAR. AVGVS. *Caput Neronis laureatum.
AD LOC. COH. Imperator ad sellam curulem stans milites adloquitur.*

A. de France.

Quanti pretii sint numi, qui militares conciones repræsentant, novverunt antiquarii, nostri eximia raritas inde magis elucet, quod sub hoc principe in nobiliore metallo hactenus nullus, duo soli ex ære, quos ad suscipiendam isthmi perffessionem refert, cum hac epigraphe & typo ab Inl. Mediobarbo sunt proditi.

NERO. CAESAR. AVGVSTVS. *Caput ejus laureatum.*

AVGVSTVS. GERMANICVS. *Vir togatus capite radiato stans. d. elata ramum s. globum cum Victoriola tenet.* *A. C. Ariosti.*

Ex museo Francisci Palatii Romanus editor aureum similem Vailantii numis adjecit, eumque non obvium pronuntiat, multum præcellit præsens, quia ex argento cum hoc signo flatus in compilatione, quam mihi velut regulam constitui, abest. Quid quod, si eadem in Palatiano numo anticæ partis est inscriptio, quam Mediobarbus pag. 89. adnotavit, nostro major ab ampliore epigraphe raritas adcedit.

IMP. NERO. CAESAR. AVG. *Caput Neronis sine corona.*

PONTIF. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. *Figura pakudata s. pede arma calcans, utraque manu discos continet.*

A. de France.

Argenteum simile numisma in utraque Mediobarbi editione recensetur: quare aureus noster primum prodit ipsa epigraphe (nam

in illo abest numerus consulatus) & typo diversus, certissimo enim arma, non galeam solam calcat, id quod me induxit, ut hunc præ alio cælari facerem. Arbitror, ad ludos aliquos militares Jano cluso celebratos referri posse.

I M P . N E R O . C A E S A R . A V G . P P . *Caput Neronis laureatum.*

Aquila legionaris inter duo signa militaria. Cetera anepigraphus.

R. C. Arioſti.

Neronis caput cum signis militaribus conjunctum nullo in ære catalogus Mediobarbi repræsentat, neque in numum integerimum adulterationis minima subspicio cadere potest. Raritatem auget, quod adversa ab omni inscriptione nuda est.

N E P Ω N O Σ . K A I Σ A P O Σ . Σ E B A Σ T O Τ . *Caput illius laureatum.*

Θ P . Z . *Aquila insitens fulmini, a lœva ramus.* *R. M. form. C. Arioſti.*

Vaillantius Neronis numos cum æræ Antiochenæ anno cxi. & cxii solum proposuit, anterior est hic noster cum anno cix., qui Neronis imperii septimo respondet. In eodem museo adservatur alter quo ad omnia similis cum characteribus IP. H. nempe anni consequentis. Tertius gazophylacium canonicorum S. Floriani ornat epigraphe utriusque partis aliquantum diversa, nam in antica in recto scriptum ΝΕΡΩΝ. ΚΑΙΣΑΡ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ. in postica ΕΤΟΤΣ adjicitur numero ΔΙΠ. seu anno cxiv. Id hic obiter indicandum, æram Cæſareanam, qua sub Nerone usa est Antiochia, ipsa in urbe cœpisse anno V. C. 705. & in circumjecta solum regione anno consequente, ut ex duobus numis Galbae & Othonis præclare more suo demonstravit cl. Belley. *Mem. de l' Acad. de bel. let. T. XXX. pag. 273. &c seqq.*

N E R O . C A E S A R . A V G V S T V S . *Caput ejus laureatum.*

B T . I A . *Mons Argæus, in quo Imp. stans d. globum s. baſt. m.*

A. Cæſ. Vindob.

Geminum huic cum eodem anno xi. Neronis Cæſareæ Cappadociae numum argenteum dum rarissimis jam inferuit Vaillantius, quid de auro, qualem ne Cl. Baldini viderat, sentiendum, nemo non videt.

ΕΤΟΤC. K. *Caput Neronis laureatum.*

ΒΑΣΙΛΕΩC. ΠΟΛΕΜΩΝΟC. *Caput Polemonis diadematate
cinctum.* *R. Can. S. Floriani.*

Tres hujus regis sub Neronis imperio in Ponto regnantis Vaillantius protulit numos cum annis XVIII. XXII. & XXIV. quartum cum anno XIX Baldinius ex museo Rothelinii adjecit eximiæ raritatis singulos, quintum sisto cum anno regni XX.


Caput Agrippinæ matris Neronis, Claudi viduæ sine epigraphe.

ΒΑ. K. BNT. *Caput Cotyos I. regis Bospori.* *A. Ejusdem musei.*

Jure aliquo, et si a Cl. Baldinio pag. 61. editum, hunc numum mihi vendico, quia non suo loco & tempori ab eo fuit adscriptus. Superius jam ostendi, certum hodie Bosporicæ æræ initium esse an. V. C. 457., huic si adjiciuntur numeri in numo signati 352., habebimus annum Bosporicum an. V. C. 808. incipientem, qui Neronis imperii alter fuit. Nec caput Agrippinæ matris molestias faceffit alicui, qui advertit ad ea, quæ Suetonius c. IX. *Matri sumمام omnium rerum, publicarum, privatarumque permisit.* Si anteriores reges adeo adulati sunt, ut Impp. adsumerent prænomina, quis mirabitur a Coty tam potentem matrem sub Neronis initium adeo cultam, ut ejus etiam caput, sua in moneta signaret?



OCTA-



ΟΚΤΑΟΤΙΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. L. E. *Caput Octavie prima Neronis uxoris.*

ΝΕΡΩ. ΚΛΑΤ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΑΤ. *Caput Neronis laureatum.*
R. Max. mod. de France.

Octaviæ numus argenteus etiam in Romana editione abest, unde nostri Ægyptii quamvis mixto ex metallo flati raritas satis elucet. Infelix princeps jam eodem hoc anno quinto æmulæ suæ Poppææ cufos in Ægypto numos vidit, repudiata subinde velut sterilis, relegata ceu adultera, & occisa est V. C. anno 815. Neronis nono.



D



ΠΟΠΠΑΙΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. L. I. *Poppeæ secundæ uxoris caput.*
ΝΕΡΩ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΑΤ. *Caput Neronis*
laureatum. *R. Max. mod. de France.*

Eodem quidem cum anno x. Poppeæ numum protulit Vaillantius, & Mediobarbus, quorum hic, quia nec consuetam metalli notam. *R* adjicere est ausus, satis profitetur deterioris suum esse mixtions, ille de hujusmodi in Ægypto cufis numis adeo obscure scribit, ut intelligi nequeat, an is, quem indicat, purioris sit argenti, quemadmodum noster; id si foret etiam, nostro hic est locus, qui in postica & inscriptione ampliore, & capitis ornatu differt; ceterum experimento lapidis Lydii subjeci præsentem, & deprehendi eandem argenti sinceritatem, quam in obvio Romano Neronis denario sum expertus.



L. CLODI. MACRI. LIBERATRIX. s. c. *Caput Africæ elephantis exuviis tectum.*

MACRIANA. LIB. LEG. I. *Aquila legionaris inter signa militaria.*

AR. C. Ariostii.


Tres diversi typi Clodii Macri numos novimus hactenus, duos Mediobarbus exhibit, alterum cum Clodii capite, & navi in averse aureum, qualem æneum adulterinum a Tristano vulgatum refert Vaillantius in notis ad Sequini numismata pag. 411., in quo tamen eum non reperi Tomo I. indicato, sed in Patino pag. 96. metallo non adnotato. Alter argenteus Libertatis signum objicit. Tertius legionem III. Aug. postica parte exhibit, quem Vaillantius ex museo Georgii Barbaro Veneti ab se gazæ regis Galliarum inlatum loc. indic. pag. 410. repræsentat, mirorque rarissimum hunc ab editore Romano omissum.


Ab omnibus his diversus est noster; etenim in antica non *Liberam* sed *Liberatricem* legionem certis characteribus enunciat, neque est quod erroris Tristananum vel Patinum accuset Vaillantius velut L. loco c. legerint, nam certius mihi videtur nequaquam prænomen *Lucii*, quod Claudia familia repudiavit, hac sigla denotari; sed *Legionem*, ut integra sit lectio: *Legio Clodiana Macriana Liberatrix.*

Deinde noster eum titulum non tertiae, sed primæ legionis fuisse demonstrat, idque quam certissime, cum numerus lineæ, quæ indu-

D 2

cta est, medio inmineat, & nulla sit subspicio, extritum fuisse aliquid. Abeat præterea in regio Parifino averfa in orbem cælata epigraphe. Illud omittere non possum, extemporaneum nostrum augustum argentum defecisse, noster enim non drachmam, sed 43. grana solum adpendit, optasse etiam regium a Vaillantio ponderatum fuisse.





G A L B A. IMP. *Caput ejus laureatum globo inpositum.*


B O N. E V E N. *Vir nudus stans d. pateram s. spicas & papaver.*
A. de France.

Argenteum ejuscemodi primo loco propositum rarum habuit Vailantius, quo in metallo nullus item apud Mediobarbum reperitur, aversæ epigraphe ita truncata, qualis in præsente exhibetur, fautor discrimen id quidem esse exiguum, adtamen adjecto auri pondere eximiæ raritatis gradum obtinet numisma hic depictum.

I M P. S E R. G A L B A. A V G. *Caput laureatum.*

C O N C O R D I A. P R O V I N C I A R V M. *Signum muliebre stans d. duas spicas & papaver medium, s. cornu copiæ.* *R. Erem. S. Aug. Vind.*

Aut male servatum habuit hunc numum Vaillantius, aut nimia confidentia exscripsit eum, quem inter argenteos secundo loco repræsentat Mediobarbus, vel denique diversum a nostro habuit, quidquid sit, vel corrigit, vel auget noster etiam quoad capitinis inscriptionem Vaillantii conlectionem; in hoc aversæ signo profecto Pacem nec ipse agnovisset. Arbitror ipsam Concordiam Galliæ & Hispaniæ hic exhiberi, quia hæ in singulis numis pag. 71. cum spicis se fistunt. Cum nec Argelati editio nostri similem adnotet, rarioribus adcenseri meretur.




ΑΤΤΟΚ. ΜΑΡΚ. ΟΘΩΝ. ΣΕΒ. Λ. Α. *Caput Otbonis lau-*
reatum.

ΕΙΡΗΝΗ. *Pacis caput muliebre velatum.* *R. Max. mod. de France.*

Tribus Græcis Antiochiæ percussis, duos ex diversis museis adjecit Cl. Baldini, quos quia singillatim illos non recensuit, ejusdem typi & officinæ fuisse, conjicio. Quem exhibeo, cælaturæ, et epigraphes ratione Ægyptium se manifestat, typus ad Latinum illum forsan respicit, cui inscriptum: **PAX. ORBIS. TERRARVM.** Argentum mixtum, ex quo flatus est, nihil ejus præstantiæ detrahit.





FIDES EXERCITVM. *Dextræ juncta.*

FIDES PRAETORIANORVM. *Typus idem.* *A. C. Arioſti.*

Etsi caput abest, seu id monetarii lapsu, seu Vitellii voluntate ad conciliandos fibi milites factum est, ad hunc imperatorem singulis hic numus referri debet, quia similes epigraphes cum eodem typo in ejus monetis apud Vaillantium & Mediobarbum reperiuntur, leges apud illum non sine raritatis commendatione inter argenteos: *Consensus Exercituum, Concordia Praetorianorum;* apud hunc in æneo *Fides Exercituum.* Quod eximiam numi nostri præstantiam mirifice auget, illud est, in solo hactenus æneo lectam fuisse inscriptionem primam, hanc vero: **FIDES Praetorianorum** nullo in ære comparuisse hactenus.

A. VITELLIVS. IMP. GERMAN. *Caput ejus laureatum.*

L. VITELLIVS. III. COS. CENSOR. *Caput Lucii patris etiam laureatum, præ quo sceptrum eburneum cum aquila.* *AV. de France.*

Ex numis Cartusianorum Romanorum, qui in Cæsareum Vindobonense conmigraverant, istiusmodi indicat aliquem Cl. Baldini. Alterum hic ex numophylacio aliquo Austriaco fisto metalli ejusdem, non solum inscriptione anticæ partis ab eo, quem Mediobarbus recenset, sed etiam posticæ diversum, ut dubium esse possit, an non numerus **III.** siglæ cos. præpositus legendus sit potius: *Ter consul.* Adfert eundem Cl. Baldini pag. 81. ex museo Austriaco, epigraphe

V I T E L L I V S.

COS. IIII. mutata; adtamen is asterisco a nobis notatus, quod dubiæ
γυμπιοτητος signum.

A. VITELLIVS. GER. IMP. AVG. P. M. TR. P. *Caput Vitellii laureatum.*

VICTORIA. AVGVSTI. *Victoria utraque manu palmam arborem prebendit, cuius trunko duo scuta adpensa, ad pedes tertium. R. de France.*

Quamvis plures hac cum epigraphe omni in metallo cusi numi victoriæ de Othonis exercitu relatam testantur, non memini tamen, me etiam in numis aliorum Imp. deæ signum ita repræsentatum videre, cum Vitellii capite sane similem inveni nullum.

A. VITELLIVS. GERMANICVS IMP. *Caput ejus sine corona.*
Victoria sedens d. pateram, s. ramum. Anepigraphus. R. C. Ariosii.

Tam inscriptionis absentia, quam Victoriae sedentis habitus, ut de nudo Vitellii capite nihil dicam, inter præstantiores eum constituunt.



I M P.



I M P . C A E S A R . V E S P A S I A N V S . *Caput illius laureatum.*

C A E S A R . A V G . F . C O S . C A E S A R . A V G . F . P R . *Capita Titi & Domitiani adversa.* **A V . C æ s . V i n d .**

Argenteum hunc numum, qui Taciti narrationem *Hist. L. IV.* de Titi consulatu & Domitiani prætura præclare confirmat, inter rariores habendum pag. 85. jam censuit Vaillantius, quas laudes aureo non adscripsisset, qualem nec illi, nec editori Romano videre obtigit?

C A E S A R . V E S P A S I A N V S . A V G . *Caput idem.*

C E R E S A V G V S T . *Dea stans d. spicas, s. bastam aut facem.* **R. Can. S. Flor.**

Aureum ejuscemodi pag. 108, æneum pag. 117. recensuit Medio-barbus, atque illum quidem aptissime ad summas sub aditi imperii annonæ angustias levatas retulit; de genere singularium proinde argenteus noster est.

I M P . C A E S A R . V E S P A S I A N V S . *Caput Vespasiani laurea cinctum.*

C O S . III . F O R T . R E D . *Mulier stans d. partem navis tangit, s. cornu copiae.* **A V . de France.**

Ad Titi laureatum redditum anno V.C. 824. pertinet præstantissimus numus, quem argenteum otiam nemo forsan viderit. Quia Fortunam reducem maritimi itineris monetarii fere temone armare solebant, typus hic forsan navem ipsam designat, de qua Suetonius

E

L. VIII. Festinans in Italiam , cum Rbegium , debinc Puteolos oneraria nave ad pulisset , Romam inde contendit expeditissimus.

Epigraphe ♂ caput idem.

Epigraphe eadem. Mulier stans d. pomum , aut globum , s. caduceum.
A. de France.

Argenteum aliquantum similem reperies in compilatione Inl. Medio-barbi , quæ tamen Fortunæ reducis minus consueta repræsentatio aut non benè descripta , aut ab illa diversa est , quippe in nostro pro cornu copiæ caduceus finistram ornat , insolenti huic typo , si auri pretium adjicis , numum profecto de rarioribus eum habebis.

DIVVS. AVGVSTVS. VESPASIANVS. Caput ejus laureatum.

Ex s. c. Tbenſa diabuſ Victoriais ornata , ♂ a quadriga equorum veſta .
R. Cæſ. Vind.

Numo aureo , qui consecrationis hoc indicium pro pompa in circenſib⁹ exhibet , raritatis laudem jam adjectit Vaillantius , is tamen jam in prima Mediobarbi editione pag. 117. aderat , argenteum ejuscemodi nec altera ab Argelato curata repræsentat.

Epigraphe ♂ caput idem.

Epigraphe eadem. Victoria gradiens ſcutum imponit tropæo , ad quod captivus ſedens.
R. C. Arioſti.

Subſpicari hoc in numo lapſum monetarii non possum , qui Victoria , quæ vivorum Augg. monetas ornare ſolet , cum consecratione conjuñxifſet , quia aureum ſimili fere typo , etſi forſan non ſatis nitide descripto , in laudato ſæpius catalogo legimus. Si aureus ille inter numorum vulgus relictus eſt a Vaillantio , ex turba eximi debet argenteus præfens.

DIVVS. VESPASIANVS. Caput illius laureatum.

IMP. CAES. TRAIAN. AVG. ḠR. DAC. P. P. REST. Capita aduersa Mercurii , ♂ alterius barbatum forſan Herculis , infra aſtrum majus.
A. de France.

Veniam merebitur longior digressio facta in eorum gratiam , qui commentarios academiæ Parisinæ , de elegantioribus literis editos , non legerunt , quia commoda se hic dat obcacio de vocabulo R E S T . seu *Restituit* differendi , atque recentiorem Cl. Baldini explicacionem pag. 31. & 40. Tomi II. refutandi , quam quidem vir eruditus mutasset ipse , nisi Romana Vaillantii editio anno uno Cl le Beau lucubrationem typis academicis vulgatam prævenisset. Eрудiti Galli argumentis utar T. XXI. pag. 335.

Censuit Baldinus , plurimas monetas a Trajano restitutas , ut senatus , atque populi Romani sibi benevolentiam conciliaret , ostendendo suam observantiam erga augustos decessores , & simul amorem , quo præcipuas R. P. familias prosequebatur. Ast Cæsarum familia cum aliis jam extincta erat ; quis in animum inducet , Romanos revocata eorum memoria ad restituentis principis amorem conmotos , qui aut dum viverent , erant parum celebres , aut commune populi odium , & contemptum publicum rogo intulerunt ? Ut monetarum restitutarum opinio ipsa in radice convellatur , opus est solum intueri numum Nervæ a Vaillantio editum , & a Baldinio , quin vel minimum ad mutandam sententiam conmoveretur pag. 114. typis restitutum. Numus is Nervæ caput cum epigraphe D I V I præfert , quare sub Trajani subcessoris imperio cufus ; & monetam hanc a se primum in decessoris memoriam flatam , Trajanus ipse , ut fert inscriptio aversæ , restituerit ? quis hic absurdum ipsis manibus non palpat ?

Quare cum in aliis , tum in tribus Vespasiani numis , quos pag. 86. edit. Rom. videmus , signa sellæ curulis cum fulmine , trophaeum , captivus genu flexo monumenta vel ex ære , vel ex marmore alicubi publice dedicata erant , quorum refectione eam sibi existimationem apud populum , statuarum & monumentorum quorumque amantissimum , conlegerunt augusti , ut hæc liberalitas etiam in publicis monetis celebraretur , quemadmodum hæc omnia sex libellis Tom. XXI. & XXIV. Mém. de l'Académie des inscript. minutim persequitur laudatus supra academicus.

Ad nostrum hic depictum redeo , atque simul Austriae de unico atque adeo quantivis pretii numo quam plurimum gratulor ; etenim

nec Baldinius recensitis tribus Vespasiani numis, nec le Beau, qui sene per vestigavit omnia, T. XXIV. pag. 194. diversum aliquem adjicere potuit.

In singulari nostro monumentum repræsentatur, quod per astrum & deorum protomes, æque ac sella curulis cum fulmine, Vespasiani consecrationem indicat; vitium monumentum indicatum fecerit, sub Titi & Domitian imperio, atque in Trajano restauratorem invenerit.

I M P C A E S . V E S P . A V G . P . M . C O S . I I I I . *Caput Vespasiani laureatum.*

I M P . C U R R U S T R I U M P H A L I S C U M Q U A D R I G A E Q U O R U M , i n q u o I m p . f . b a c i l l u m . *A^r. Cæs. Vindob.*

Cum anno V. C. 825. congruit nūmus spectato consulatu, an triumphus Judaicus a monetariis repetitus sit, an victorias in Anglia per Cerealem relatas spectet, hæfito, id mihi pene certum, ut mediocritatis studiosus erat princeps, Vespasianum ob Comman- genem in provinciam redactam, qua Antiochus fere sine sanguine deceffit, non triumphasse, cui tamen expeditioni editor Romanus numum aureum *Victoria Augusti* inscriptum ex museo Ap. Zeni pag. 90 adtribuit. Quod ad rem meam facit plurimum, est, nullum in catalogo Mediobarbi cum his adjunctis recenseri aureum, argenteum obiter indicari solum pag. 114 nulla inscriptionis I M P . facta mentione, quæ etiam in numo aureo Vaillantii pag. 90 prætermittitur, quo tamen infirmari potest Goltzius, qui hoc anno ter Imp. titulum a Vespasiano adsumptum adserit.

I M P . C A R S A R . V E S P A S I A N V S A V G . *Caput laureatum.*

T I T V S . E T . D O M I T I A N V S . P R I N . I V V . *Ambo sedentes in sella curuli d. ramos oleæ.*

A^r. Cæs. Vind.

Similem, et si in epigraphe aliquantum diversum, argenteum & recensuit, & explicuit Vaillantius, aureus in Mediobarbi catalogo non reperitur.

I M P . C A E S A R . V E S P . A V G . C E N S O R . *Caput idem eodem ornatu.*
V E S T A . *Templum Vefæ tetrastyilon cum gradibus, in cuius me-*
dio deæ signum, extra templum statuæ dueæ. **R. C. Ariosti.**

Metallis certamus, aureum hujus typi etiam a Mediobarbo relatum raros inter adscripsit Parisinus antiquarius, ex argento fatus utrobique cum absit, rariorum numerum augebit profecto.

I M P . C A E S . V E S P . A V G . P . M . C O S . I I I I . C E . *Caput simile,*
V I C T O R I A A V G V S T I . *Victoria gradiens d. fertum, s. ramum.*
Quinarius A. Cæs. Vindob.

De Victoria hoc anno relata superius differui; quamvis cælatum signum singulare nihil repræsentat, aureum in Argelati compilatione isthoc typo cusum non vidi. Metalli pretio subdupla moles gratiam & raritatem majorem addit.

I M P . C A E S . V E S P . A V G . P . M . C O S . I I I I . *Caput Vespasiani laureatum.*

Imp. stans d. bastam s. parazonium pede galeam calcat, pone Judæa sedens, media palma arbore. Anepigraphus. **A. Cæs. Vindob.**

Argenteum hujusmodi Cl. Baldini suo ex museo inter raros adfert, cuius tamen similis jam in prima Mediobarbi editione pag. 114. adnotatur, aureum in hoc catalogo, etiam ab Argelato deinde restituto, cum hac capitinis epigraphe inani labore quæres, quare ob metalli nobilitatem rarioribus adnumerandus erit.

Α ΤΤΟΚΡΑΤ. ΚΑΙΣΑ. Ο ΤΕΣΠΑΣΙΑΝΟΤ. *Caput ejus laureatum.*

Ε ΤΟΤ Ζ. Ι ΕΡΟΤ. *Aquila insistens fulmini; in area ramus.*
R. C. Ariosti.

Miror Cl. Baldinium anno 1743. infirmam Vaillantii conjecturam ad verbum exscripsisse, velut in hujusmodi numis inscriptio annos Vespasiani sacros commemoraret ob omen & augurium fausti, sanctique ejus imperii, quod ille rem Romanam renovaturus atque restauraturus

*effet, ut nihil dicam de contorsione, qua de anno Domitian*VIII.* pag. 110., de Nervæ annis pag. 116. usus est, miror inquam hoc, cum superiore jam seculo Emin. Noris. *de Epoch. Syromaced. Differt.* III. c. 6. demonstraverit, annos sacros dictos esse, qui ab adito imperio ita fluebant, ut recurrens dies sacrificiis & votis publicis coleretur, quemadmodum ex Plinii ad Trajanum ep. 103. liquet, ubi: *diem imperii debita religione celebravimus, commendantes diis imperii tui autoribus & vota publica, & gaudia.**

Eandem sententiam subinde ex numo æneo Decii mirifice inlustravit & confirmavit bonæ memoriarum decessor meus Frœlichius IV. *Tentaminum* pag. 342. & seq. Ast præclarum inventum longius provexit Cl. Belley, de cuius viri amicitia multum glorior, Tom. XIX. *de l'Academie des belles lettres.* pag. 447. docuit nos nempe ex numo Galbæ ETOTΣ. NEOT. IEPT. B. inscripto, ipsas urbes etiam anni sui civilis initium eodem titulo confignavisse, ita, ut, dum imperator paucis mensibus ante adivisset imperium, consequens sui anni exordium jam numero B. designaverint.

Ex ejusdem clarissimi academicæ doctrina liquet, numum nostrum nequaquam eundem, aut eodem tempore cusum fuisse, quo ille cum eadem licet numerali nota B. a Vaillantio relatus, hic enim malleum subivit recurrente anni civilis ejus urbis initio, noster vero redeunte altero jam anno aditi imperii die, quia abest vocabulum NEOT, frustra enim cum Harduino ad negligentiam monetarii recurritur, qui id adjicere fuisse oblitus, nam inter solius Vespasiani numos tres cum diversis annis B. Γ. Δ. ita inscripti obcurrunt, neque unquam quis a Galbæ numo cum nota B. signato se expectiet, nisi felici hac observatione adhibita.



I M P E R A T O R . T . C A E S A R . A V G V S T . P . P . *Caput Titi laureatum.*
A V G V S T A E . P A C I . *Victoria gradiens d. lauream, s. ramum, in*
area EPE. *R. C. Arioſſi.*

Non pauca præter morem hoc in nūmo se objiciunt; legimus in principis hujus denariis I M P. adclamationem XV. repetitam, in nullo tamen hic titulus, nisi conpendio scriptus reperitur, magis insolens est, eum ante prænomen positum. Æque insolens est pars aversa, fateor victorias pacem consequi, ast Victoriae signum huic inscriptioni conjunctum, præterquam in duobus numis Vespasiani apud Mediobarbum pag. 110. me alicubi videre non memini, frequentes sunt epigraphes: *Pax Augusti*, verum *Augustæ Paci* in nullo legeris.

An forsan a Tito Victoriae statua in templo Pacis a patre strueto dedicata? Illud EPE suum etiam OEdipum desiderat, nihil enim juvat H. insertum in nūmo musei Daviae indicata pagina, an forsan Ephesi numum Latinum quæreremus? Quidquid de his sit, certum est ex augusti & patris patriæ titulis, numum hunc ante annum V. C. 832. cusum non fuisse, atque inter singulares, quos dicimus, eximum mereri pretium.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. P. M. *Caput Titi laureatum.*
BONVS. EVENTVS. AVGVSTI. *Genius nudus d. pateram, f. spicas cum papavere.* **R. Can. S. Floriani.**

Non adsequor, cur numi rarioris honor a Vaillantio non conlatus fuerit in numum aureum ejusdem typi & epigraphes, qui unicus jam in prima Mediobarbi editione anni 1683, pag. 124. relatus est, atque eo magis, quia non nisi sub Tito hæc epigraphe addito *Augusti* nomine in monetis Augg. legitur. Similis typi alter æneus in eadem collectione recensetur, argenteo nostro, sane de rarioribus, adjecto, quovis in metallo feriundis monetis adhibito, idem signum tenemus.

DIVVS. TITVS. *Caput ejus laureatum.*

IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. REST. PP. *Fulmen aræ inpositum.* **A. de France.**

In nullo apud Mediobarbum adnotato numo factam a Trajano monumenti restitutionem cum *Divi Titi* epigraphe legimus; de hac consecratione, quam ipsum etiam posticæ partis signum indicat, cum ne minimam mentionem inferat Vaillantius ad numum, quem cum eadem partis aversæ inscriptione prodidit pag. 96. atque ambo aram ab sella curuli distinguere noverimus, liquet nostrum diversum, atque majoris etiam esse elegantiæ. Præterire non possum, omissam hic anticæ descriptionem justas Panelii nostri a me in præfatione relatas querelas conprobare.

T. CAESAR. IMP. VESPASIAN. *Caput idem.*

PONTIF. TR. P. COS. IIII. *Victoria stans in cista ad surgentibus utrinque duobus serpentibus d. coronam f. ut videtur, ramum.*

A. de France.

Cistophorus hic ad Sabazia pertinet, similem argenteum, sed male descriptum adnotavit Mediobarbus, alterius ex eodem metallo meminit laudatus noster Panelius de ejuscemodi numis agens pag. 82, quare aureus noster, cuiusmodi nullus comparuit, de præstantioribus est.

I M P.

T I T V S.

41

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. *Caput Titi laureatum.*

TR. P. IX. IMP. XV. COS. VI. P.P. *Fulmen in lecto.*

A. de France.

Omisi numum argenteum eodem consulatu insignem, qui cum ara luculenta in Cimelio Austriaco pag. LII. Tab. X. N. 18. optima fide inter eos, qui in Mediobarbo absunt, adnumeratus erat, quia epigraphe non omni parte sana erat, locum hujus & auri dignitate, & integritate sua præsens subplet, quia argentei hoc typó signati solum meminit catalogus ab Argelato editus.

IMP. TITVS. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. *Caput idem.*

TR. P. VIII. IMP. XV. COS. VII. *Quadriga equorum, in curru planta.*

R. Can. S. Floriani.

De aversæ typo cum Vaillantius, tum alii differuere, meum solum est, indicare, cum hac Trib. Pot., tituli IMP., & consulatus gesti numero nec in auro, nec in argento, tam apud Mediobarbum, quam apud Vaillantium reperiri ullum.

T. CAES. VESP. PON. TR. POT. *Caput simile.*

Anepigraphus. *Currus cum quadriga equorum, in quo Imp. d. frenum s. bacillum aut aquilam.*

A. Cæs. Vind.

T. CAES. - - - VESPASIAN. TR. POT. *Caput laureatum.*

Anepigraphus. *Quadrigæ triumphales, in quibus Imp. d. ramum cum frenis, s. sceptrum.*

R. Cæs. Vindob.

Quia ambo sine inscriptione ad triumphum Judaicum pertinent, eos conjunxi, existimarique possent obvii, quod inter quinque in antica etiam parte fere similes anepigraphos in Romana editione non recensentur, nisi in utroque metallo apud Mediobarbum quoque desiderarentur.

ΑΤΤΟΚ. ΤΙΤΟΥ. ΚΑΙΣ. ΟΤΕΣΠΑΣΙΑΝ. - - - *Caput laureatum.*

ΟΜΟΝΟΙΑ. *Mulier sedens d. ramum porrigit, s. sellæ nixa. L. Γ. Max. formæ.*

R. C. Arioſti.

F

T I T V S.

Duos solum Græcos habet Romanā editio, ex officina vero Ägyptiaca neutrum, horum duos fisto, quorum hic & puritate argenti, & typo aversæ se commendat plurimum. Inscriptio summam in imperio cum patre concordiam merito celebrat, de qua Svetonius L. VIII. Receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine & epistolas ipse dictaret, & edicta conscriberet &c.

ΑΤΤΟΚΡΑ. Τ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΟΤΕΣΠΑΣΙΑΝΟΤ. *Caput*

Titi laureatum in area L. B.

ΡΩΜΗ. *Vir galeatus stans d. bastam, sc. clypeum. Max. form.*

R. de France.

Inscriptione *Virtutem* potius Titi, quam signum Romæ indicari existimo, nec ullum cum hac epigraphe in meis adversariis numerum Alexandrinorum adnotatum habeo. Ne quid reticeam, fateor Puritatem metalli in eo desiderari.






J V L I A . A V G V S T A . T I T I . A V G . F . Caput *Julie*.
V E N V S . A V G V S T A . Dea stans d. pomum, s. bastam columnæ imixa.
A. de France.

Aureos hujus principis numos omnes rarissimos pronunciaverat
Vaillantius , nec nisi duos illos produxit , qui jam in prima Me-
diobarbi editione legebantur , nihil rebus partis adjecit Baldinius.
Quidni ergo nostrum unicum , atque præstantiæ eo magis singularis
prædicem , quod nec in argenteis Mediobarbi ea epigraphe &
typo aliquis reperitur. Numos ei a Domitiano cūsos etiam aureos ,
& cum Veneris signo nemo mirabitur , qui in Suetonio legerit
L.VIII. Fratris filiam. - - - - alii conlocatam ultro corrupit : mox
patre ac viro orbatam ardentiſſime, palamque dilexit.





DOMITIANVS. AVGVSTVS. GERMANICVS. *Caput Domitiani laureatum.*

COS. X I I I . *in area: L V D. S A E C. F E C.* *in cippo intra lauream.*
A. de France.

Similem numum inter rarissimos ex thesauro Austriaco retulit pag. 107. Cl. Baldini, quare duplici titulo gratulari debeo Austriæ, quæ geminum in privati antiquarii museo conditum adservat.

DOMITIANVS. AVGVSTVS. *Caput idem.*

GERMANICVS. COS. X I I I . *Pallas gradiens d. telum s. scutum.*
R. de France.

Nullus vel ex argento in conlectione ab Argelato restituta adest, qui hunc typum & epigraphen præferat. Adcedit aliquantum unus, quem ex museo suo jam in prima editione Mediobarbus adjecerat, verum, qui alias Palladem tam nitide distinxit, non retulisset numum nostro geminum hoc titulo: *Figura galeata stans d. bastam.*

DOMITIANVS. AVG. GERM. *Caput simile.*

I M P. C A E S A R. *Zoophoro templi octostyli inscriptum, in cuius me-
dio statua.*
R. Cæf. Vind.

Cum eadem epigraphe duo templo tetrastylon alterum, alterum hexastylon retulit Vaillantius, atque numum, qui hoc repræsentat, an ob numerum columnarum, an ob tres statuas nescio, alias præstantia superare censuit. Si quid ex architectonica novi, arbitror,

ad magnificentiam ædis alicujus columnarum in fronte positarum numerum conferre plurimum, atque adeo .Austriacum reliquis omnibus præcellere.

An Pacis, an Flaviæ gentis templum hoc sit (et si olim in epistola ad Cl. Hauerum data pag. 34. obiter rem adtingens hexastylon sua in possessione permiserim) deliberatione majore adhibita me decidere posse, existimo; habemus numum inscriptum **A E T E R N I T A T I. F L A V I O R V M.**, qui frontem templi hexastylam obfert, vix numero tam magnificam epigraphen inscriptam arbitrarer, nisi reapse porticum non nisi totidem columnarum habuisset; adulantis parasiti Martialis epigrammata habemus splendida *LIX. Epig. 21. & 35.* ait nuspianum columnarum fit mentio, his nihil moveor, id est quod potissimum miror, Spanhemium, aliosque antiquarios, ubi in splendidius aliquod templum hexastylon inciderunt, illico de templo Pacis a Vespasiano structo pronuntiavisse.

Utrumque templum vidit Plinius harum rerum intelligens, adtamen idem de templo Pacis *L. XXXVI. c. 15. pag. 742* hæc habet: *pulcherrimum operum, quæ unquam.* Qui conflagrationem ejus sub Commodo imperium describit Herodianus *L. I. μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐν τῇ πόλει ἔργων.* *Maximum δὲ in urbe pulchritudine reliquis omnibus superius.* Nuspianum a genuinis architectonices æstimatoribus leges aliud.

Quis me jam reprehendet, si templo omnium pulcerrimo, maximo, (juxta dimensiones enim cl. Serlii ex ruinis captas in longum ccc, in latum cc pedes patebat) præ aliis, de quibus tam honorifica non fit mentio, porticum octo columnarum adtribuo. Neque huic sententia obsunt numi cum templo sex columnarum inscripti: **P A C I. P E R P E T.**, hi enim Augusti temporibus flati, templum ab eo principe structum conprobant.

Quæ disputavi hactenus, in medio libenter relinquam, ne mihi lis intentetur ex Suetonio, velut aliud aliquod ædificium hic repræsentari posset, cum legamus *L. VIII. Phrima δὲ amplissima opera incendio-absumta restituit*, quæ inter capitolium solum recenset. Illud omittere non possum, quod Vaillantius non vidit, cum ex numi

noſtri, tum ſuorum poſticæ partis inſcriptione conſirmari poſſe, quæ Suetonius fere continuo ſubjicit: ſed omnia ſub titulo, tantum ſuo, ac ſine ulla priſtini auctoris memoria.

I M P. C A E S. D O M I T. A V G. G E R M. P. M. T R. P. V. Caput ejus laureatum.

I M P. X I. C O S. X I. C E N S. P. P. P. Victoria gradiens d. coronam, f. ramum. Quinarius. Å. Can. S. Flor.

Duos quinarios ex muſeo ſuo laudat Cl. Baldini, altque alterum typi quidem ſimilis, ſed diuersæ epochæ raris & elegantibus adnumerat, noſter, ut illius in conlectione Mediobarbi deſideratur. Huic paullo poſt alium rariorem ſubſiciam.

D O M I T I A N V S. C A E S A R. A V G. Ejus protome cum lorica, nudo capite; infra protomen literæ tres forſan N E I.

P A C I. O R B I S. T E R R. A V G. Caput Pacis.

Å. Erem. S. Aug. Vindob.

Numum hunc, in cujus parte aversa manca aliquantum epiſraphē ſecundo & tertio vocabulo ſolum O R B. - - - R R. exhibet, ſubplevi ex altero C. Ariosti, in quo tamen primum vocabulum male adfectum P A. tantum legentibus objicit, illum præ hoc elegi, quia argenti purioris & majoris cetera integritatis, utrumque recenſere placuit, ne a falſario adulteratos quis ſubſpicetur, a qua labe ipſa diuerſitate ſe purgant. Romæ cælatos non exiſtimò ob artificium minus exquifitum, quæ manus imperitiam indicat, etſi Pacis protome ſigno illi eſt geminum, ob quod numum Vefpafiani ejuſdem metalli & epiſraphes inter raros pag. 88. Vaillantius retulit, ut conparatione cum ea moneta in eodem C. Ariosti muſeo inſtituta deprehendi.

D O M I T. A V G. G E R M. C O S. X I. Caput muliebre forſan Domitiæ. s. c. Panarium cum ſpicis. Quinarius. Å. Can. S. Floriani.

Plures numi cum hoc consulatu tam in argento, quam ære anno-nam variis typis celebant, plures item argentei cum ſolis figlis s. c. adnotati ſunt a Mediobarbo, inter hanc turbam abeft noſter, cui & anticæ typus, & minor moles eam addit gratiam, ut inter ſingulares reponi mereatur.

C A E S A R . D I V I . F . D O M I T I A N V S . C O S . V I I . *Caput ejus laureatum.*
S . P . Q . R . O P T I M O . P R I N C I P I . *Mulier seminuda sedens d . protensa , nescio quid bacilli , aut ramum , s . bastam puram , præ figura altera manibus protensis in genu decumbens.* *R . Cæs . Vind .*

Vaillantius eandem posticæ partis epigraphen inter numos Nervæ pag. 115. cum retulisset , quia ante Trajanum nemini hunc titulum datum novit , errore monetarii hujus aversam capiti Nervæ conjunctam fuisse censuit , quo tamen non obstante rarorum numero eum inscripsit , præjudicio hoc fretus eandem laudem & majore jure nostro adsero. Similes typi , et si non nitide descripti apud Mediorbarbum in Trajano pag. 155. alter ex argento , ex ære alter ultimo loco positus se objiciunt.

I M P . C A E S . D O M I T I A N V S . A V G . P . M . *Caput idem.*
T R . P . C O S . V I I . D E S . V I I I . P P . *Ara luculenta.* *A . de France .*

Metallum huic pretium conciliat , argenteum enim solum Argelati catalogus adnotavit.

Epigraphe ♂ caput idem.
Epigraphe eadem. Delphinus anchoræ implicitus. *A . de France .*

Eadem fortuna rarioribus se præsens infert , ambo confirmant , quæ initio hujus compilationis adferueram , eadem typaria utrique metallo feriundo fuisse adhibita.

C A E S . A V G . F . D O M I T . C O S . I I . *Caput ejus laureatum.*
V E S T A . *Templum rotundum cum tribus statuis , ♂ gradibus.*
A . de France .

Quod per conjecturam indicat Vaillantius in simili numo pag. 108. nos ter adscripto ipso consulatu conprobat , templum scilicet hoc anno fuisse absolutum a Vespasiano patre , proinde Aufriacus alii raritate præstat. Dum aureos tres continuos ex ditissimo museo recensui , omittere non possum , etiam eum adesse , quem eadem pagina cum protome Palladis protulit Vaillantius.

ΑΤΤΟ. ΚΑΙ ΘΕ. ΤΙ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. ΣΕ. ΓΕΡ. *Caput laureatum Domitiani.*

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ἌΡ. *Genius urbis turrito capite sedet in scopulo emergente ad pedes fluvio.* *R. Max. form. de France.*

Mirum sane, inde ab Augusto ad Nervam nec a Vaillantio quidem in opere de Vrbibus Græce loquentibus æneum ullum ex Tarsensi officina Augg. honoribus cufum in lucem publicam proditum fuisse, an lateant defossi, an aliud quid subsit, mihi discutere hic non vacat, satis mihi est, unici, ut confidenter fere dicere possum, hujus nummi eximiam raritatem augeri quam plurimum.

ΑΤΤΟ. ΚΑΙΣΑΡ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. *Caput idem laureatum.*

ΕΤΟΤΣ. ΝΕΟΤ. ΙΕΡΟΤ. ΕΝΔΕΚΑΤΟΤ. *Aquila alis expansis fulmini insit, rostro coronam, pede ramum tenet.* *R. Max. form. C. Ariosii.*

Vaillantius ultra VIII. annum non pervenit, IX. ex Gothano museo adjecit quidem Cl. Baldinius, verum, ut capitis inscriptio, & ipsius editoris confessio declarat, annus ille a primo Vespasiani repetendus est, quia cæsaribus vivo patre ejusdem imperii annum adscribere solebant urbes, XI. quem hic, jam imperatori percussum Seleuciæ, sisto, præstantiæ præ aliis singularis esse debet.

ΑΤΤ. ΚΑΙ. ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC. ΣΕΒΑCTΟC. ΓΕΡΜ. *Caput simile.*

ΕΤΟ. ΙΓ. *Victoria gradiens d. coronam, s. ramum.* *R. majuscuklus adpendit drachmam, ♂ grana 53.* *C. Ariosii,*

Tertius decimus, qui in hoc numo signatur, Domitiani annus V. C. 846. congruit, atque cælata Victoria, nisi monetarii principum expeditiones etiam consequentibus nonnunquam annis iisdem signis celebrassent, belli Dacici finem, alioquin minus certum, atque mendacem Domitiani triumphum in annum V. C. 845. conferendum suaderet; quidquid de hoc sit, numus sua mole, qua parum a didrachmo abest, abunde se commendat.

Epigra-

Epigraphe &^o caput idem.


Epigraphe eadem. Pallas stans d. noctuam, s. bastam.

R. C. Ariostii.

Quamvis Græci in adulationem fint pronissimi, & in Latinis monetis hujus imperatoris nullum signum frequentius obcurrit, tutelari hac principis dea, unicum inter æneos hujus linguae Domitiani numos produxit Vaillantius, qui Minervam repræsentat, noſter & a metallo, & ab insolente Palladem cælandi modo pretium peculare ſibi conciliat, ut diametro a denariis non differt, ita pondere grana 36. ſolum æquat.



G



D O M I T I A . A V G V S T A . I M P . D O M I T . *Caput illius. An epigraphus.
Ædificium a columnis, statuis, adjectis alis admodum elegans.*

R. C. Ariosti.

Ab ampliore descriptione aversæ partis supersedere possum, qui numum depictum hic sisto; an templum, an seu structi, seu reparati a Domitiano alias ædificii orthographia sit, in summa incertitudine divinare nolo, id scio, numum a Cl. Baldinio in museum comitis conmigravisse, adseverante, se huncce, si nova facienda foret editio, quia unicum, non omissurum.





IMP. NERVA. CAES. AVG. GER. P. M. TR. P. II. *Caput Nervæ laureatum.*

IMP. II. COS. IIII. PP. *Mulier stans d. pileum, s. basam.*
R. C. Arioſti.

Aureum ejuscemodi adnotavit Mediobarbus , argento signando idem typarion adhibitum rursus hic numus docet.

IMP. NER - - - P. M. TR. P. II. *Caput simile.*

PAX. AVGVSTI. *Imp. togatus stans d. jungit cum viro militari habitu adstante.*
R. Cæſ. Vindob.

An pacem , quæ victoriam Pannonicam est consecuta , an adoptionem Trajani , quam eadem die , qua laurus illi adlata fuit , in capitolio celebravit , designet aversa pars , dubitare quis posset , quia non solebant imperatores cum devictis gentibus manus conferentes repræsentari ; unicus simili typo aureus in ſæpe laudata compilatione adest .

IMP. NERVA. CAES. AVG. TR. P. COS. III. PP. *Caput idem.*

VICTORIA. AVGVST. *Victoria gradiens d. coronam , s. ramum*
R. Quinarius Cæſ. Vind.

Quinarium argenteum cum typo Victoriæ gradientis , diversa tamen epigraphe inter rariores hic adnumerat Vaillantius ; aureum alterum eadem pag. 115 , quia numulum nominat , ejusdem diametri existimo , hunc signum Victoriæ sedentis in elegantiorum numerum inferit , quis dubitet de nostro eandem censuram ferendam , quem in Argelati editione frustra quæsiveris .





I M P . C A E S . N E R . T R A I A N O . O P T I M O . A V G . G E R M . Caput
Trajani corona radiata cinctum.

D A C . P A R T H I C O . P . M . T R . P O T . X X . C O S . V I . P P . *circa co-*
ronam quernam , in qua s. c. **R. C. Ariosti.**

Postremo Trajani anno respondet, corona civica imperatori in monumento aliquo dedicata fuerit, ob cives, conpressis rebellibus Judæis, Mesopotamiis, & vicinis populis, servatos, declarat id luculenter nota S. C. in argenteo numo signata, cui eximiam ratatem addit, quod similis typi unicus pag. 163. apud Mediobarbum, sed inter æneos est proditus.

I M P . C A E S . D . T R A I A N O . O P T I M O . A V G . G E R . D A C . Caput
idem laureatum.

C O N S E N C A V T I O . Aquila insilens fulmini. **R. C. Ariosti.**

Etsi numi hujus sinceri cetera, & integerrimi nequaquam commatis Gallienici, sed in barbara aliqua regione cusi Frœlichius IV. Tent. pag. 373. jam meminit, quia tamen museum indicatum non fuit, atque ipsa ejus, qui inscriptionem cœlavit, imperitia ex admissis mendis singulari monetæ raritatem majorem conciliat, omittendum hoc loco non censui, etiam recenti celeberrimi antiquarii Pellerini exemplo inductus.

I M P . T R A I A N O . A V G . G E R . D A C . P . M . T R . P . *Caput lau-*
reatum.

C O S . V . P P . S . P . Q . R . O P T I M O P R I N C I P I . *Templum octo-*
stylo, in quo statua, & tectum statuis ornatum. *A. de France.*

Pulcerrimum hoc templum a fronte numorum Trajani cælari fe-
ci, in nullo seu aureo seu argenteo tot columnis ornatam ædem
apud Mediobarbum reperi, æneum solum pag. 156. ex museo
suo protulit; altum item de hoc templo tacet Vaillantius.

Epigraphe, & caput simile.

Epigraphe eadem. Mulier stans d. pileum s. bastam. *A. de France.*

Ne argenteum quidem cum hac inscriptione, & typo Libertatis re-
censuit Mediobarbus, Vaillantii quoque & Baldinii effugit oculos.

Epigraphe & caput ut in superiore.

Epigraphe eadem. Imp. d. ram:im s. scyptrum cum aquila stat in
curru triumphali quadrigis juncto. *A. de France.*

Metallo raritatem suam debet, aureus solum ex museo Arscho-
tano, ad triumphum Dacicum relatus, in editione recentiore Ar-
gelati pag. 157. indicatur. Similis typi numus etiam museum C.
Ariosti ornat.

Epigraphe eadem, caput simile.

Eadem epigraphe. Victoria gradiens d. fertum s. palmam ad pedes
tlypeus cum duobus telis. *A. C. Ariosti.*

Eandem felicitatem hactenus habuit præfens numus, quid quod
Oyselianus aureus, & in averiae inscriptione diversus sit aliquan-
tum, & in descriptione tela prætermittantur.

I M P . C A E S . N E R . T R A I A N O . O P T I M O . A V G . G E R . *Caput*
radiatum.

D A C . P A R T H I C O . P . M . T R . P O T . X X . C O S . V I . P . P . *Coro-*
na querua, in qua s. c. *A. C. Ariosti.*

Capite singulari non indicato, unicus in ære pag. 163. apud Mediobarbum cum hac epipraphe reperitur. Arbitror coronam hanc repræsentari ob cives Romanos in Armenia, & Parthia, capta per Lusium Nisibi & Seleucia a rebellium incolarum furore servatos. Omnia hæc adjuncta numum in præstantiorum classe constituunt.

IMP. CAES NER. TRAIAN. AVG. GER. DAC. *Caput ejus lau-*
reatum.

PARTHICO. P. M. TR. P. COS. VI. S. P. Q. R. *Caput radiatum*
Orientis. *A. C. Jos. Kevenbüller.*

Præclarus hic numus, ut signo posticæ Trajani in Oriente expe-
ditiones celebrat, ita titulo *Partbici* adjecto se anno V. C. 868.
flatum conprobat, Norisius etenim ex numo Laodiceno epocha
BZP insigni demonstraverat, Trajanum non ante, quam Ctesi-
phonte capta, atque anno V. C. indicato, qui Laodiceno 162.
respondeat, oblatum jam prius hunc ab exercitu titulum admisisse.
Similis aureus etiam in museo de France conditum, argenteum
solum adnotavit Occonis continuator.

IMP. NERVA. TRAIAN. AVG. GER. *Caput idem.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. II. *Victoria gradiens d. coronam,*
d. ramum in bumerum reclinatum. *Quinarius.* *R. C. Ariosti.*

Nec aureus, nec argenteus cum hac inscriptione & typo in cata-
logo, quem laudo, reperitur, quinarii pondus etiam gratiam ad-
dit, atque illud maxime, quod victoriam Pannonicam respicit,
quam inlustrem magis fecit XIV. Cal. octobris V. C. an. 850. su-
fcepta adoptatio, de qua Plinius in Paneg: *Allata erat ex Panno-*
nia laurea, id agentibus diis, ut invicti imperatoris exortum victo-
riæ insigne decoraret. Hanc imperator Nerva in gremio Jovis collo-
carat, cum repente solito major E⁹ augustior . . . te filium fibi
assumfit.

IMP. CAES. NER. TRAIAN. AVG. GER. *Caput ejusdem simile.*
P. M. TR. P. COS. III. PP. *Mulier nuda clypeis Germ. inicis insidens*
d. ramum. *A. de France.*

Ad annum V. C. 853. referendus, sub cuius finem aliquam Trajani in Germaniam profectionem ex solis numis apud Mediobarbum p. 149. & 150 relatis arguit Cl. Tillemontius, adtamen de ipsis his monumentis an genuina sint, subdubitatur; adulterinos tres æneos sine hæsitatione pronuncio, ut enim *Divi* titulum anticæ præfixum *profactioni* in Germaniam ineptissime conjunctum omittam, quis in ullo unquam certæ γνωσιὸν λογονομῳ vocabulo: *Profectio* regionem, in quam suscepta fuerat, adjectam vidit, & quidem eo in casu, quo alias *Adventus* notantur? Nullam adulterationis speciem quidem objicit argenteus apud eundem compilatorem VICT. GERM. inscriptus, nec tamen moratur, clypeus enim cui titulus hic inscriptus, hoc primum anno dedicari potuit, quo in Germania tranquilla fuisse omnia, vel ipsa Trajani Romæ conmoratio liquide conprobatur.

His tamen omnibus non obstantibus, si quis iter ab imperatore susceptum non abs re inficiari velit, aliquid tamen ad splendorem nominis Romani imperatoris auspiciis gestum esse numi nostri signum manifeste ostendit. Non velut victæ provinciæ Germania hic aut religatis manibus, aut humi procumbens repræsentatur, sed erecta summa in tranquillitate sedens ramum etiam velut lætitiae signum porrigit. Ut adeo id hic indicari videatur, quod Eutropius L VIII. servato temporis ordine, Dacicam expeditionem deinde subjiciens, scribit: πολεις γουν ὑπὲρ τὸν Ρῆνον ἐν μέσοις ἐδίμαλο τοῖς Γερμανοῖς. Urbes ultra Rhenum in ipsa Germania struxit. Ajebam superius non abs re dubium esse de itinere in Germaniam, quam conjecturam confirmat numus aureus Vaillantii cos. II. insignis sed paullo aliter descriptus.

IMP. CAES. NERVA. TRAIAN. AVG. GERM. Caput idem.
Epigraphe eadem. Hercules nudus cippo insistens, d. clavam, s. leonis exuvias.
A. de France. R. C. Ariosti.

Cl. Baldinius ex museo suo argenteum quinarium hic prolatum per rarum habuit, majorem raritatem nostris jure optimo adtribuo, quod in Quinario cos. IIII. signatus est, cum qua epigraphe in singulis tribus metallis apud Mediobarbum adsunt, anno vero V. C. 853.
quo

quo consulatum tertium gessit Trajanus, frustra hunc typum in eodem catalogo quæres in quo demum cunque metallo.

Conjecturam Baldinii de Hercule Gaditano, et si cum modesta hæfitatione propositam, probare non possum, hic enim adjecta inscriptio **H E R. G A D I T.** in numis Hadriani semper poma Hesperidum tenet, in ipsis vero Gaditanis Phœnicia lingua inscriptis monetis, clavam in humerum reclinatam gestat. Statuam Romæ sub finem indicati anni positam arbitror, quæ eo adhuc anno pro paucorum, consequente vero pro plurium numorum typhario omni in ære adsumta fuit, ut in libello de Herculaneensi aureo pluribus docui.

Epigraphe & caput simile.

P. M. TR. P. COS. IIII. P P. Imp. stans, d. bastam, s. parazonium coronatur a Victoria, quæ s. ramum tenet. *A. de France.*

Ut quam certissimo victoriam de Decebalo anno V. C. 854. respicit numus, ita cum his signis & consulatus numero ne in ignobiliore quidem aliquo metallo conparuit singularis præstantiæ cimelium.

Epigraphe & caput idem.

Epigraphe eadem. Victoria seminuda corpore toto obversa stans d. coronam s. ramum. *R. Can. S. Florian.*

Rarissime hoc situ & habitu quia victoriam nobis præsentarunt monetarii, typus insolens præclaram numo gratiam conciliat.

I M P. N E R V A. T R A I A N V S. A V G. G E R. D A C I C V S. *Caput Trajani laureatum.*

P. M. TR. P. COS. V. P P. *Captivus sedens supra scutum, pone ensis.* *A. de France.*

Victæ Daciæ conplura signa sub hoc imperatore nobis exhibent monetæ, hujus tamen similis seu typum, seu epigraphen spectes, in auro desiderabatur hactenus.

ΙΜΡ. ΤΡΑΙΑΝΟ. ΑΒΓ. ΓΕΡ. ΔΑC. Ρ. Μ. ΤΡ. Ρ. ΚΟΣ. VI. PP.

Caput idem.

S. P. Q. R. OPTIMO. PRINCIPI. Columna Trajani statua insignis.

A. de France.

Ad sunt ex argento cusi ejuscemodi in Mediobarbi conlectione, aureum nullum reperi.

ΑΤΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕP. ΤΡΑΙΑΝΟC. CΕB. ΓΕΡΜ.

ΔΑK. *Caput Trajani laureatum.*

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤ. Ε. *Aquila expansis alis clavæ insistens.*

R. Max. mod. C. Arioſti. & Can. S. Floriani.

Epigraphe eadem, & caput simile, infra quod aquila, in area clava.

Epigraphe eadem. Caput Herculis laureatum.

R. Max. form.

C. Arioſti.

Tyriorum duo hi numi a Vaillantio non indicati ex inferius adducendis musei Cæſarei, & de France nos docent, etiam Græcos, ut Romanos numerum aditæ tribunitiæ potestatis non nunquam neglexisse.

ΑΤΤΟΚΡΑΚΑΙC.ΝΕP.ΤΡΑΙΑΝΟC.СЕВ.ΓΕРМАN.

Caput laureatum.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΕ. ΤΠΑΤ. Ε. *Aquila insistens clavæ.*

R. Max. form. de France. Cæſ. Vindob.

Etsi numus hic Tyri etiam percussus tribunitiam potestatem XV. consignatam habet, non tamen nisi in annum V. C. 863. & 864. incidit, de quo inferius plura.

ΑΤΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕP. ΤΡΑΙΑΝΟC. СЕВ. ΓΕР. ΔΑK.

Caput laureatum.

Epigraphe & typus idem.

R. Max. form. Cæſ. Vindob.

Epigraphe & caput idem.

Epigraphe eadem. Caput Herculis.

R. Max. form. Cæſ. Vind.

Vaillantius non nisi duos Tyriorum numos produxit, septem jam hic profero, atque quatuor numeris tribunitiae potestatis insignes, cuiusmodi unicum ille adsignaverat: hos alii consequentur, ubi prius Antiochiæ & Seleuciæ monetas eadem epocha insignes indicavero.

Epigraphe fere eadem, caput simile, infra quod sceptrum seu clava, & aquila.

Epigraphe eadem. Genius Antiochiæ insidens scopulis d. spicas, ad pedes emergente Oronte. *R. Max. mod. Can. S. Flor.*

Omiseram superius alium ejusdem urbis Antiochiæ ex museo Cæsareo, quod non satis tuto adfirmari potest, sit ne tribunitia potestas, IA vel ID. inscripta. Unicum Vaillantius pag. 127. etsi numerus Trib. Pot. in eo desideratur, rarioribus tamen adcenset, majoris pretii est noster.

Epigraphe & caput idem.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΤΤ. ΤΠΑ. Ε. Arabia stans d. dentem elephantis, præ pedibus camelus. *R. Can. S. Flor. olim. Ap. Zeno.*

Eundem aversæ partis typum retulit Vaillantius pag. 127. qui, dum honorem rarioris solum tribuit numo maximi moduli, quem vidit, idem meritum profecto non negavisset nostro, quamvis drachmali, in quo numerus tribunitiae potestatis, qui in suo desideratur, adest, atque Arabiæ adquisitæ satis congruit.

Epigraphe, typus, & caput simili.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΤΤ. ΤΠΑΤ. ΤΤ. Caput Herculis Tyrii. *R. Max. form. Can. S. Floriani.*

Cum anno V. C. 864. a 19. Octobris, & 865. usque ad eandem diem fluente congruit.

Epigraphe, reliquaque similia.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΙΖ. ΤΠΑΤ. Σ. Caput Herculis laureatum. *R. Max. formæ Cæs. Vindob.*

*Alter cum eadem utriusque partis epigraphe, sed aquila clavæ insistente.
R. Max. formæ. C. Ariostii.*

Mirum videri potest eadem in urbe numerum VI. consulatus diversis notis expressum fuisse, verum aliæ his dissimiles mox sequentur. Annus Tyrius partim anno V. C. 865. partim 866. respondet.

..... NΕP. TRAIANOC. API. CΕB. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ.
Caput Trajani laureatum.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΚΑ. ΤΠΑΤ. Σ. *Caput Herculis Tyrii.*
R. Max. formæ. C. Ariostii.

ΑΤΤΟΚΡ. ΚΑΙC. CΕB. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ.
Caput idem.

- - - - PΧ. ΕΞ. ΚΑ. ΤΠΑΤ. Ω. *Aquila expansis alis insitens clavæ, in area ramus.*
R. Max. formæ. Can. S. Flor.

In horum posteriore numo raritatis eximiæ edendo nos prævenit Cl. Belley, cuius viri amicitia etiam glorior, T. XXI. *Mémoires de l'acad. des bel. Let. pag. 442.* quo tamen non obstante Cl. Pellerinius ejus possessor, atque patronus meus optimus eum dignum judicavit, ut ab se etiam repræsentaretur *Mélanges de Méd. Tom. I. pag. 185.* Cur nobis idem non liceat, præfertim cum alterum aversæ typo diversum, quem nec Gallia vidit hactenus, raritatis insignis, & præstantiæ singularis producere potuerimus. Raritatem, quam merito deprædico, utrique conciliat annus tribunitiæ potestatis xxI. adscriptus

Numerus hic, antequam nobis explicatio eruditionis plena a Cl. Belley fuerat præcepta, crucem figere poterat antiquariis, etenim adcurato calculo subducto Trajanus ne vigesimum quidem annum imperii adtigit, seu a morte Nervæ, seu ab adoptione numerentur. Præclaræ amici mei lucubrationis brevissimum si dedero conpendium, nemo me carpet, et si longior, & a Vaillantii & Baldinii subcinctis annotationibus abnormis fuero. En illud :

Constat I^o. ex Norisio Diff. I. de an. Maced. pag. 61. annum Julianum Tyri jam fixum fuisse ante imperium Vespasiani, atque ex eodem liquet Diff. IV. c. 2. Tyriorum annum a prima mensis Hyperberetae, quæ cum 19. Octobris anni Juliani congruit, cœpisse.

Constat II^{do}. ex Svetonio c. 17. Domitianum occisum fuisse xiv. Cal. octobris, seu 18. septembris V. C. 850., qua mensis die natum fuisse Trajanum docet Plinius L. X. ep. 18.

*Constat III^{io}. Eadem die a Nerva adoptatum esse Trajanum communicata etiam tribunitia potestate ex Paneg. Plinii atque potissimum *sub finem*. Constat. IV^{to}. Trajanum Selinunte mortuum 9. augusti V. C. 870. ex Spartiano pag. 3., qui narrat, III. Iduum (seu 11. augusti) Hadriano ejus *excessum* nunciatum esse. His positis liquet, Tyrios annum primum Trajani numeravisse ab 18. septembris V. C. 850. usque ad 19. octobris ejusdem anni Juliani, quo civilis Tyrius incipiebat, more nempe Alexandrinorum, & Hebræorum, quorum illi, etsi princeps paucis diebus ante *Tbotb* seu primam anni diem, quæ ad 29. augusti fixa erat, vel apud hos ante *Nisan* adivisset regnum, annum integrum numerare solebant; unde necesse est consequi, Tyrios anno V. C. 869. xix. octobris cœpisse annum XXI. Trajani, usque ad 11. Augusti anni 870. decurrentem.*

ΑΤΤΟΚΡ. ΚΑΙC. ΝΕP. ΤΡΑΙΑΝΟC. Σ€B. Γ€PM.

ΔΑK. *Caput illius laureatum.*

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤΟ. C. *Protome muliebris capite nudο d. basile, aut sceptrum.* *R. C. Ariostii.*

Epigraphe &^o caput idem.


Epigraphe eadem. Victoria gradiens d. coronam s. ramum.

R. Ejusdem musei.

Quia numerus tribunitiae potestatis in his abest, & consulatus VI. pluribus annis recurrit, atque adeo annus definiri non potest,

ultimo loco hos reservávi a Vaillantio & Baldinio omissos. Id tamen certum ante annum V. C. 868. signatos fuisse, cum titulus *Partibici* non legatur, qua in urbe Græca percussi fuerint divinare non licet. Ceterum Græcos hujus molis numos alias etiam satis vulgares, ut est ille cum duabus lyris & noctua rariss adscriptis.





Primus, quem *pag. 130.* proposuit numum, & tam in auro, quam argento rarissimum pronuntiavit Vaillantius, aram pudicitiae repræsentat, ad hunc adnotationem adjicere mihi operæ premium videbatur; nisi numum depingi fecisset, arbitrarer in descriptione negligentiam obrepisse aliquam, nudam enim depingit quadratam aram. Ast in numo argenteo C. Arioſti aræ pulvillus est inſtratus, atque huic aliquid, quod diſtingui non potest, inpositum, Mediobarbus Plotinæ caput illud esse indicat, quod equidem in nostro non eſt. Quod in omnibus hujus averſæ partis deſcriptiōnibus fuit neglectum, illud eſt, ipſi cippo inſcalptam ſellam curulem, cui inpoſita eſt icuncula.

Docet hic numus reliquos, omnes ea parte magis detritos fuiffe, atque ſimul aram pudicitiae fere integrum reſtituit. Neque tamen propterea noſtrum numum inter eos, qui haec tenus editi non erant, proponendum exiſtimavi in ea aliorum abundantia, quibus Vaillantius augeri potest.

PLOTINA. AVG. IMP. TRAIANI. *Caput uxoris.*

CAESAR. AVG. GERMAN. DAC. COS. VI. PP. *Mulier in pulcra ſella ſedens, ſ. baſtam puram.* AR. Cæſ. Vindob.

Integerrimus noſtrus numus eſt, ut eum depictedum hic exhibeo, quare diuersus ab eo, quem ſecundo loco *pag. 130.* Vaillantius deſcribit, qualis etiam in eodem muſeo adſervatur, quemadmo-

dum alter cum capite Matidiæ; sub Iunonis imagine eam finixerint monetarii.

PLOTINA. AVG. IMP. TRAIAN. *Caput Plotinæ.*

CONSECRATIO. *Aquila stans in bacillo.* **R.** Quinarius Cæf. Vind.

Aureum simili epigraphe, typo aliquantum alium inter rarissimos extollit; arbitror, quia hujus augustæ argentei omnes rarissimi præ aureis pronunciantur, nostro a quinarii mole peculiarem præterea gratiam adcedere.

PLOTINA. AVG. DIVI. *Caput simile.*


TRAIANI. PARTHICI. *Vesta sedens d. Palladium s. bastam.*

A. Quinarius Cæf. Vinlob.

Nec apud Mediobarbum, nec apud Vaillantium ejusmodi epigraphæ huic typo conjuncta reperitur. Ut pretium, quod a mole habet, intelligas, verte folium editionis Romanæ, & vide ipsis rarissimis majorem raritatem quinario aureo Marcianæ a Vaillantio attributam, de quo mox.




M A R-



M A R C I A N A . D I V A . A V G V S T A . *Caput fororis Trajani.*
C O N S E C R A T I O . *Aquila expansis alas insistens scipioni.*
A V . Q u i n . C æ s . V i n d .

Retulit Marcianæ numum cum eadem epigraphe Baldinius ex eodem museo , sed aut typographi lapsu , quod adjungi debebat numo Vaillantii secundo loco posito , adnexum est ei , qui primus repræsentatur , aut vir bonus insigniter deceptus est , cum quia fibi persuaderi passus est , in angusta quinarii area thenfam cum mulis commode cælari potuisse , tum quia ipsum catalogum Garrellio a Carthusianis transmissum ad manus habeo , in quo unicus , quem indico , Marcianæ numus XXX. scutis Romanis emtus his verbis indicatur : *Quinario col roverscio dell aquila: consecratio.* Hunc ex auro flatum frustra apud Mediobarbum quæres.





MATIDIA. AVG. DIVAE MARCIANA E. F. Caput illius.

PIETAS. Mulier stans proles duas brachiis gestatas fovet.


R. C. Ariostii.

Nec typus , nec brevior partis aversæ inscriptio uspiam reperiatur; cum eadem epigraphe numus similis adest , tam in indicato museo , quam altero de France , in quorum utroque **AVGVST.** adsignatum non est , quod in primo Vaillantii numo est adjectum ; explanationem ejusdem erudit Galli a Baldinio non emendatam , minime probare possum , qua proles in suo adstantes , in nostrorum uno gestatas Sabinam vult & Matidiam juniores filias ; constat ex Spartiano , & alijs historicis Sabinam nuptui traditam Hadriano V. C. anno 853. , tertio Trajani , si non anteriore ; id jam quæro , an Trajanus illico post aditum imperium nepti feriundos numos permisit , aut innupta nempe hæc puella adhuc matris lateri hærere voluerit ? evertit omnia numus noster , qui præclaram sane conjugem daret Hadriano , quæ biennio ante in sinu matris gestabatur . Arbitror Matidiam patrue lis pietatem imitatam , qua prolibus & de nutribus & de alimentis erat prospectum .

Epigraphe , & caput idem.

PIETAS. AVG. Mulier ad tripodem sacrificans. *A. de France.*

Ex museo Apostoli Zeni similem numum cum commendatione longe præstantissimi indicavit Cl. Baldinius , dum hoc museum in Austriam necdum deportatum fuisset ; ne quid debeamus , altero ejusdem elegantiæ alio ex museo subpleo .



HADRIANVS. AVGVSTVS. *Caput Hadriani laureatum.
cos. IIII. Hercules insidens spoliis d. clavae sublimi innixus, s. fulmen.*
R. C. Ariosi.

Aureus anepigraphus, in quo tamen Herculi fulmen abest, indicatur a Mediobarbo pag. 184., alterum ejusmodi metalli Vaillantius pag. 146. ex museo Apostoli Zeni recensuit, verum epigraphe ab argenteo nostro est diversa. Adiunt in ejusdem Inl. Comitis museo alii duo cetera gemini, nisi quod in uno Hercules s. Victoriolam, in altero nescio quid volumini simile gerit.

HADRIANVS. AVGVSTVS. P. P. *Caput Hadriani nudum.
Epigraphe eadem. Aquila expansis alis fulmini insitit.* *R. C. Ariosi.*

Desideratur similis in conlectione Argelati, Vaillantius maximæ formæ unum aliquem laudat, ast queritur fulmen abesse. Existimo, nequaquam de Græca urbe circumspiciendum, dum inscriptio est Latina, sed eum ad consecrationem Traiani ab Hadriano celebratam referri posse.

HADRIANVS. AVGVSTVS. *Caput illius laureatum.
Epigraphe eadem. Capricornus.* *R. Quinarius. C. Ariosi.*

In amplissima humorum cum Hadriani capite cuorum copia nullus cujuscunque demum metalli hunc aversæ typum repræsentat, cui sin-

gulari raritati ubi adcedit quinarii moles, numulus haec tenus unicus de præstantissimis erit.

Epigraphe eadem. Caput ejus nudum.

COS. III. PP. *Imp. paludatus stans inter tria signa militaria d. elata s. bastam.* *A. de France.*

Leviore opera videntur mihi monetarii adlocutionem aliquam re-præsentare voluisse; typus hic ne quidem inter denarios in aucta etiam Occonis compilatione se mihi in conspectum dedit, quare aureus sane rarissimus.

HADRIANVS. AVG. COS. III. *Caput simile.*

DIANA.-EPHESIA. *Diana polymaste inter duos cervos.*

R. Max. mod. de France.

Numum cum hac epigraphe, & deæ ejusdem signo protulit Vaillantius p. 141. sed intra templum tetrastylon, qui jam in prima Medio-barbi editione vulgatus erat pag. 183.; fateor quidem, ibidem etiam nostri similem, qualis maximæ formæ unus cum adminiculis in museo C. Arioſti adſervatur, exhiberi, verum quia nec in poſtrema editione numi magnitudo indicatur, quam tamen in conſequente laudare non neglexit editor, arbitror eum denariis non majorem; abſunt præterea in noſtro, quemadmodum in tertio ſubærato, & barbaræ cælaturæ muſei cæſarei adminicula.

HADRIANVS. AVG. COS. III. PP. *Caput Hadriani nudum, in altero laureatum.*

FELICITAS. AVG. *Mulier stans s. caduceum. Imp. togato adſtanti dextram porrigit.* *R. C. Arioſti.*

Eſi ſatis frequens fit Felicitatis inſcriptio in numis Hadriani, his tamen cum signis argenteum nullum in ſæpe laudato catalogo reperies, aureum ſimilem repræſentat ibidem pagina 167. ſed tam capitis, quam averſæ epigraphe diverſum.

HADRIANVS. AVGVSTVS. *Caput ejus laureatum.*

FELICITATI. AVG. COS. III. P.P. *Navis cum quatuor remigibus,
Imp. in puppi residente, in prora stante Neptuno, d. tridentem, aut
Tritone.*

R. Can. S. Floriani.

Neque præsens geminum editum habet, in quo nempe inscriptio
posticæ partis & cælatura ita consentiret, quare rarioribus adnu-
merandus.

HADRIANVS. AVGVSTVS. COS. III. P. P. *Caput nudum.*

FORT. REDVCI. *alter in quo FORTVNAR &c. Mulier stans s.
cornu copiæ Imp. togato stanti d. porrigit.*

R. C. Arioſti.

Ut nemo sæpius fortuna reduce opus habebat, quam in continuis
suis itineribus Hadrianus, ita satis frequens est hæc inscriptio, ad-
tamen cum solo semper Fortunæ aut stantis, aut sedentis consueto
signo, unde præstantia numi nostri liquide consequitur.

Epigraphe & caput idem.

GENIO. P. R. *Genius seminudus stans d. pateram super aram, s.
cornu copiæ.*

A. de France.

Ei, qui post tantam messem, quantam Vaillantius per Europam
fecit, spicas & ex uno quidem, ut ita dicam, agro legit, vitio da-
ri non debet, si ad minora etiam quædam discrimina non nunquam
advertisit; adeſt ſimilis numus ex auro flatus in confectione Medio-
barbi pag. 179., verum præterquam quod titulos, qui apud nos
capiti junguntur, in poſtica habet, GEN. per compendium ſcriptum
ſolum exhibet.

IMP. CAESAR. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. *Caput illius lau-
reatum.*

HILAR. P. R. P. M. TR. P. COS. III. *Mulier stans pectore nudo,
utraq[ue] manu aut velum a capite reducit, aut crines conponit.*

R. Can. S. Flor.

H A D R I A N V S.

Non omisisset Vaillantius , aut qui ejus commentarium ampliavit Baldinius huncce numum , si in eorum conspectum venisset ; ipsa epigraphe non nisi sub Hadriano obcurrit semel apud Mediobarbum inter aureos pag. 179. , typus ab aliis *Hilaritatis* signis ita diversus est , ut sine titulo adscripto nemo antiquariorum de hac animi affectione cogitaret unquam , adeo ut satis mirari non possim , aureum , quem indicavi , a Vaillantio omissum , qui tamen multos alios eadem ex penu depromisit .

HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *Caput Hadriani nudum.*
IVSTITIA. AVG. *Mulier sedens d. pateram , f. bastam.*
A. de France.

Aureum nullum viderunt Occonis continuatores , argenteus qui repræsentatur , & typo , & epigraphes dispositione a nostro differt .

IMP. CAES. TRAIAN. HADRIANO. OPT. AVG. GER. DAC.
Caput ejus laureatum. 
PARTHIC. DIVI. TRAIAN. AVG. F. P. M. TR. P. COS. P. P.
Trajanus togatus stans Hadriano togato adstanti d. porrigit.
A. de France.

Plotinæ jussu hic numus , ut adoptionem factam certiorem redideret , ipso imperii initio percussus , Hadrianum non solum imperii , sed omnium etiam titulorum hæredem exhibit . Nullus hujusmodi cum haec tenus fuerit proditus , rarissimorum numerum non tam auget , quam præstantia superat .

- - - **CAESAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG.** *Caput idem.*
SALVS. AVG. P. M. TR. P. COS. III. *Dea sedens pascit serpentinum ex ara adsurgentem.*
R. Perini. de Hauern.

Ut de vulgo haberi posset denarius , apud Mediobarbum tamen non reperitur , **SALVS** stans tibi obcurret pag. 181. , sed præterea fine *Trib. P. & cos. III. SAL. AVG.* sedens quidem , sed in auro , & sine ulteriore epigraphe pag. 167. Item **SAL. AVG.** sedens inter argenteos pag. 180 .

HADRIANVS. AVG. COS. III. *Caput Hadriani nudum.*

SECVRITAS. AVG. *Mulier sedens d. capiti admota s. elata bastam.*
A. de France.

Non solum a duobus aureis in Argelati catalogo hasta , quam f. gerit , sed etiam a consueta monetariis Securitatem repræsentandi ratione diversum facit cælatum in numo nostro signum.

Epigraphe ♂ caput idem.

S P E S. P. R. *Spes gradiens typo solito.*

R. C. Ariosi.

In nobiliore solum & infimo metallo in hanc diem vestem adduxerat diva lilio porrecto , in argento sperari se patiebatur , argenteum damus.

HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. *Caput illius nudum.*

Anepigraphus. *Imp. eques. d. elata.* *A. Cæf. Vind.*

An ad statuam equestrem , an ad profectionem aliquam referendum sit signum , conjicere prohibet posticæ silentium , quod tamen ipsum numi raritatem auget præcipue , cum ne quidem argenteus similis in aucto Occonis catalogo reperiatur.

Epigraphe eadem. Caput laureatum.

Anepigraphus. *Imp. stans d. bastam præpilatam inversam , s. parazonium , pede s. catat aliquid , quod satis distinguui nequit.* *R. Cæf. Vind.*

Quia nec aureus hoc typo signatus comparuit hactenus , præstantiorum classi , ut superior , est adscribendus.

ΑΤΤ. ΚΑΙ. ΤΡΑ. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΣΕΒ. Π. Π. ΤΠ. I.

Caput Hadriani laureatum.

ΑΜΙΚΟΤ. ΕΛΕΤΘΕΡΑΣ. ΕΤΟΤC. Ρ. Ζ. Ε. *Ceres stans d. spicas s. facem.*

Epigraphe ♂ caput idem.

Epigraphe ♂ typus similis , anno scilicet P. Z. H. diverso. *R. Ambo C. Ariosi.*

Quem inter rarissimos hujus urbis Ponticæ adnumerat Vaillantius cum epocha 163. adseratur inter cimelia C. Jos. Kevenhüller, ab Instr. B. Ottenfels inter Carinthiæ proceres præcipuo, dum Clagenfurti agerem olim, possessus; aliis duobus chronologicam Vaillantii seriem continuam facio, deest apud illum annus 165, neque ultra 167. ejus numi se porrigunt, cum Hadriani capite annum 165. in primo exhibeo, an. 168. rarissimus alter subplet, qui anno Juliano 888 & 889 Hadriani XIX respondet, ut alter cum anno 885. & 886, Hadriani XVI consentit, epochæ initio ab an. V. C. 721, quo urbs a Stratonis tyrannide liberata est, deducta.

AΤΤΟ. KAΙC. TPAI. AΔPIANOC. C€BACT. *Caput laureatum ejusdem.*

ΕT. Δ. Mons Argæus, in quo imperator paludatus d. baſtam.

AR. Quin. C. Ariosti.

Cæfareæ Cappadociæ unicum procusum numum produxit Vaillantius anno tertio imperii insignem; existimo, eum, qui quartum annum profert, deterioris non esse conditionis, quam ut *pro rariore & magis conspicuo* habeatur, præsertim cum hemidrachmam solum pondere adæquet.

ΑΤ. KAI. ΘΕ. TPA. ΠΑΡ. Τ. ΘΕ. ΝΕΡ. TRA. AΔPIANOC. C€. ΟΛΥΜ... *Caput Hadriani laureatum, in area. Π.Π. AΔPIANΩN. TAPC€ΩN. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Aquila expanſis alis fulmini insitit.* *AR. Max. for. C. Ariosti.*

Rarissimis numis præsentem adnumerandum censeo ob anticæ epi-graphen, in quo *Olympii* titulus in moneta Tarsensium, quod scio, primum conparet, vidimus eum hactenus solum in numis Ephesiorum, Laodicensium, Nicomediensium & Temnitarum. Cognomen hoc nequaquam a Græcis adulantibus urbibus ei datum fuit sub finem anni xx., quo se imperio abdicaverit, ut somniat Harduinus *Oper. select. pag. 764.* ob similes numos Diocletiani post abdicationem, in quibus *Felicissimus & Beatisſimus Senior Aug.* dicitur.

Flati

Flati fuerint hi numi anno imperii x. postquam præcedentem hysmem Athenis agens inter deos Olympios Athenensium erat relatus, de quibus invocandis mulierum Atticarum chorum monet Aristophanes. *Theomorph. v. 339.*

Ἐγχεθε τοῖς Θεοῖσι τοῖς Ολυμπίοις
Καὶ ταῖς Ολυμπίαισι.

Ut ante Pericles hoc nomine insignis erat, ita nec promerita Hadriano deerant, templum enim Jovis Olympii Athenis perfecit, ut ex Dionis epit. pag. 264. & Spartiano c. 13. scimus. In Tarsum etiam beneficia contulisse, cognomen primum ab hac urbe adsumtum docet, cum deinceps Commodianam, Severianam, Antoninianam, Macrinianam, Alexandrianam se dixerit.

СЕВАСТОС. *Caput Hadriani laureatum.*

ΤΠΑΤΟС. Г. ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟС. *Clava.*

R. Formæ maj. ex museo editoris.

Arbitrabar primum, typarium sub ictu sesellisse, adtamen quia in adversa parte toto orbe integræ sunt literæ, et in antica ne harum quidem pedes observantur, tanquam rarissimum eum propono. Etsi ad numos maximi moduli referri non potest, denarios tamen & diametro & pondere 40. granorum superat crassiusculus. Tyri forsan ob clavam percussus est.



K



S A B I N A A V G V S T A. I M P. H A D R I A N I. A V G. *Caput uxoris.*
Anepigraphus. Ceres corbi insidens d. spicas s. facem. A. de France.

In nullo metallo vel apud Mediobarbum vel apud Baldiniūm Sabina sub forma Cereris repræsentatur, ut adeo singularem raritatem præsentis ipsum etiam metallum multum augeat.

S A B I N A. A V G V S T A. H A D R I A N I. A V G. P. P. *Caput Sabinae simili cultu comtum, quo Marciana conparet.*
Anepigraphus. Typus superiori similis. A. Cæs. Vind.

Eadem, quæ paulo ante adnotaveram, huc faciunt, metalli inferiorem dignitatem, diversa capitis inscriptio subplet.

Epigraphe eadem. Caput simile.
Anepigraphus. Mulier sedens d. pateram, post sellam constituta icuncula in basi. A. Cæs. Vindob.

Nullum hujus augustæ anepigraphum protulit in recentiore editione Baldinius Cl., tertium jam damus, in quo ut arbitror augustam ipsam repræsentari, ita quid adstitutum illud signum sit, me nescire libenter fateor.

Inscriptio & caput a superiore non diversa.
Anepigraphus. Vesta sedens d. Palladium, s. bastam, infra astrum. A. Cæs. Vindob.

Similem quantum aureum produxit Vajllantius, adtamen & inscriptio capitis alia est, & de hasta deæ in aversa signatæ tacetur. Alium aureum ex museo Ap. Zeni adjecit Baldinius, verum *Vestæ* nomen est inscriptum.


CABEINA. CEBACTH. *Caput ejusdem.*


• **AMICOT. ΕΛΕΥΘΕΡΑC. ΕΤΟΥC. ΡΕΣ.** *Mercurius nudus stans d. crumenam s. caduceum.* **R. Cæf. Vind.**

Inscriptio & caput idem.

Epigraphe eadem. Annus vero P. Η. Z. Mulier stans d. protensa s. cubito columnæ nixa sceptrum tenet. Ejusdem musei.

Duos annos ejusdem urbis subplevi in Hadriano, alias duos in totidem uxoris numis subpedito scilicet 166. & 167. Novimus quidem omnes, feminis augustis non alias unquam annos adscriptos fuisse, quam qui per imperium mariti decurrebant, adtamen hic cum uxor's capite desunt, & si rarissimum eum cum anno 168. ex museo suo pronunciare poterat Baldinius, majorem his reverentiam adhiberi oportet, qui illius & Vajllantii oculos fugerant.






L. A E L I V S. C A E S A R. Caput illius nudum.

TRIB. P O T. C O S. II. Mulier sedens d. pateram, ad f. adstitutum
cornu copiæ. A. Cæs. Vindob.

Ælii numi aurei rarissimi omnes a Vaillantio pronuntiantur. In nostro integerrimo nihil de CONCORD., et si reliqua inscriptio consentit; de cornu copiæ insolente modo posito, ut hic depictum fistitur, nihil etiam conmemorat Vaillantius. Judicium de numi raritate ex assumtis lectori relinquo.





**ANTONINVS. AVG. PIUS. PP. TR. P. XXIII. Caput Pii laureatum.
CONG. AVG. VIII. COS. IIII. Mulier stans d. tesseram s. cornu
copiae.**

R. C. Ariosti.

Antonini numos xx. inter præstantiores recensuit Vaillantius, hæreditatem hanc rv. aliis auxit Cl. Baldinius, unum enim museum Vindobonense sibi vendicat, cui xx. alias ex Austriacis numophylaciis adjicio, hos inter primus, quem proposui raritatis est eximiæ, cum hoc tribunitiæ potestatis numero *Liberalitatem VIII.* in ære solum recensuit Mediobarbus, de nono congiario undique silentium.

**ANTONINVS. AVG. PIUS. P. P. TR. P. XV. vel xx. Caput illius
nudum.**

COS. IIII. Victoria gradiens d. coronam s. ramum.

A. Quin. Aust. Vind.

Quinarium cum typo *Liberalitatis* argenteum in rariorū classē adscripsit Vaillantius, nobilioris metalli noster, qui in Argelati editione desideratur, rariores augebit. Non admodum dolendum de incerta tribunitiæ potestatis lectiōne, cuius numerus in tam angusto numuli orbe contortus inscriptionem claudit, quia postremis Antonini annis nihil bellorum aut victoriarum adnotatur ab historicis, forsan ad signum tale restitutum pertinet.

ANTONINVS. AVG. PI VS. P. P. TR. P. XVII. *Caput Pii laureatum.*
COS. IIII. *Mulier stans d. temonem longiorem, s. florem.*

R. Can. S. Floriani.

Exquisitæ raritatis denarium hunc censeo, quia signum aliquod pantheum nobis in aversa exhibet, Spem scilicet cum *Fortuna* conjunctam, quem typum unicum adfirmare ausim. Id mirum, videri monetarios cælatores sub hoc imperatore hunc morem cœpisse, et enim pag. 200 apud Mediobarbum aureos duos invenio alterum cum Trib. Pot. XII. alterum cum XIII., in quibus *Fortuna* cum *Salute* commiscetur.

DIVVS. ANTONINVS. *Caput nudum Antonini.*

DIVA. FAVSTINA. *Caput augustæ uxoris.*

R. C. Ariostī.

Denarius hic regnante M. Aurelio cufus & Vaillantii post Mediobarbum, & Baldinii in hujusmodi cimeliis investigandis solertiam effugit, raritatis sane præcipue.

ANTONINVS. AVG. PI VS. P. P. COS. III. *Caput Antonini nudum.*

GENIVS. POP. ROMANI. *Genius seminudus stans d. hastam,*
s. cornu copiæ.

R. C. Jof. Kevenbiller.

Istiusmodi aureum adnotavit Mediobarbus pag. 194., qui quemadmodum alii in Occone notati, ab erudito Gallo, aut illius ampliatore, in rariorū numerū adsumi merebatur, quod genius cum hasta repræsentari vulgo non solet; horum negligentiam argenteus noster compensat, qui museum C. Ariosti etiam ornat.

Epigraphe eadem. *Caput idem laureatum.*

IMP. II. Duo cornua copiæ medio caduceo.

R. C. Ariostī.

Omnes inscriptionis, velut de lumine dicimus, gradus jam habemus; in Mediobarbi catalogo pag. 195. argenteus productus est cum epigraphe: Imperat. II., integrum vocabulum: Imperator II. cum eodem typo inter rariores suo ex museo nobis adnunciat Cl. Baldinius, censeo truncato nostro titulo, qui nuspianam etiam reperiatur, eandem laudem negari non posse.

IMP. T. AEL. CAES. ANTONINVS. *Caput ejus nudum.*

PIETAS. TRIB. POT. COS. *Mulier ad aram adcedens d. extensa
tibus.* *A. de France.*

In nobilioribus duobus metallis nullum cum hac aversæ epigraphe & cælatura uspiam invenies illis in catalogis, quos mihi pro norma *avendebitur adsumsi*, ænei recensentur; aureum ante aliquem argenteum detectum esse, felicitatis singularis est Austriæ.

IMP. CAESAR. T. AEL. HADR. ANTONINVS. AVG. PIUS. P. P.
Caput laureatum.

PIETAS. TR. X. COS. IV. *Mulier stans ad aram, d. cani
ad filienti blanditur, s. pateram cum frugibus.* *R. C. Kevenbüller.*

Insolens hic Pietatis typus in Occonis compilatione, primum cum Trib. Pot. xv. describitur. Nostri similis in museo C. Ariosti conditur.

IMP. CAES. AEL. ANTONINVS. *Caput ut in superiore.*

PONT. MAX. TR. POT. COS. *Figura stolata stans d. elata arcuata
s. demissa sagittam.* *R. C. Ariosti.*

Quia apud omnes tres monetas frustra quæretur Apollo hic, ut videtur, Actiacus, rariorū numero adscribi meretur quam maxime.

ANTONINVS. AVG. PIUS. P. P. TR. P. XI. *Caput laureatum.*

PRIMI. DECENNALES. *Intra coronam queram.* *A. Cæs. Vind.*

Aliqua parte huic similem truncato vocabulo & adjecto cos. iiii.
pag. 163. protulit Vaillantius, atque rarissimis eum merito adcepit,
noster inter argenteos quidem visus fuit, aureus tamen desiderabatur.

ANTONINVS. AVG. P. P. TR. P. XVII. *Caput idem.*

TEMPLVM: DIVI. AVG. REST. COS. IIII. *Templum octosty-
lon, ad cuius extimas columnas due statuae, in medio signum ignotum.*
R. de France.

Confirmat hic numus justas Panelii nostri querelas , de quibus in præfatione memineram , scilicet omisssas a Vaillantio fuisse anticæ partis inscriptiones , a quibus numo cetera vulgari etiam raritas magna conciliari potest. Id sane hic evenit , restitutio hæc primum adnunciatur a Mediobarbo pag. 197. & repetitur in ære pag. 199. sub Trib Pot. VII. & VIII. , et si id nullo numo signato in hoc tempus incidisse conprobat ; rursus comparet pag. 204. in argenteo pag. 205. in æneis sub Trib. Pot. XXII. Nullus cum Trib. Pot. XVII. legitur , et si etiam productus a Vaillantio numus pag. 163. hanc in aversa epocham præferret , a nostro & plenioris epigraphes ratione statuarumque & numero , & situ foret diversus , quare eodem , quo apud illum aureus , calculo notandus videtur.

I M P . C A E S . A E L . H A D R . A N T O N I N V S . A V G . P . P . *Caput simile.*
T R A N Q . T R . P O T . X I I I . C O S . I I I I . *Mulier stans d. temonem ,
 s. spicas.* **R . C . A r i o s t i .**

Adcommodatissima hæc placidissimo principi epigraphe adnotatur inter argenteos in Argelati editione , sed non abrupto vocabulo , & adjecto Aug. sine tribunitiæ potestatis indicio. Adebat in eodem museo geminus cum *Trib. Pot. XV.* , qui in laudata editione aureus solum invenitur.

A N T O N I N V S . A V G . P I V S . P . P . *Caput laureatum.*
T R . P O T . C O S . I I I . *Lupa lactans pueros , sine spccu .* **R . C . A r i o s t i .**

Iisdem verbis uti hic mihi liceat , quibus Cl. Baldinius de suo , qui specum etiam repræsentat , locutus est : hic numus argenteus rarus est: non reperitur apud Mediobarbum.

A N T O N I N V S . A V G . P I V S . P . P . I M P . I I . *Caput laureatum.*
T R . P O T . X I X . C O S . I I I I . *Ceres sedens d. facem breviorem s. spicas*
R . C a n . S . F l o r .

Quam

Quam ab obvio cetera deæ signo raritatis laudem habere minime poterat denarius, eam silentio Mediobarbi debet, apud quem nec in duobus aliis metallis adest.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. Caput idem.

VICTORIA. AVG. Victoria in curru bigam agens d. flagellum, s. frena.
AV. Cæf. Vind.

Quadrigam etiam depinxit Vaillantius, quæ jam inter argenteos Mediobarbi comparuit, bigam cum hac epigraphe, & aurigante Victoria nec in ære quidem conspexere numorum augustalium collectores; ad victoriam Britannicam per Lotium Vrbicum Antonini auspiciis de Brigantibus obtentam referendus est numus per elegans.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. COS. III. Caput laureatum.

Anepigraphus. Imp. stans d. bastam pilo ad terram verso, s. parazonium, eodem pede globum calcat.
AV. Cæf. Vind.

Statuam arbitror hoc habitu Antonino positam hasta inversa, quod pacem præ bello amavit. Quia argenteus etiam nullus hoc signo ornatus adnotatur in recentiore Argelati editione, raritatem singularem sibi conciliat aureus.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. COS. IIII. Caput idem, sed humero vestito prominente.

Anepigraphus. Roma sedens d. Palladium, s. bastam, ad pedes clypeus.
AV. Cæf. Vind.

Unicum aureum, in quo Mars ad Rheam descendens cælatus est, ex hoc augusto museo laudaverat Baldinius, quintum jam sisto, ex quo liquet, admodum auctam esse gazam post emtos illos a Carthusianis Romanis numos. Adest in Mediobarbo eximiæ præstantiæ numisma.

ANTONINVS. AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. IIII. Caput Pii laureatum.

Anepigraphus. Vir paludatus stans d. velut flores, aut ramum s. telum longum, capite eleganter radiato.
AV. de France.

L

Trigam anepigraphorum, cuiusmodi nullum repræsentavit Vaillantius, nec in horum aliquo investigando felicior fuit Cl. Baldinius, conplet-eximus hic numus; an imperator cultu divino repræsenteretur, an numini alteri adtribuendum sit fignum, cœdipum libenter quæro, qui in eo acquiesco, numum absque controversia de rario-ribus esse.

A ΤΤ.....Τ. ΑΙΛΙΟC. ΚΑΙCAP. ΑΝΤWNEINOC.

Caput Antonini nudum.

ΑΜΙCΟT. ΕΛΕΤΘΕΡΑC. ΕΤΟTC. P. Π. Θ. *Fortuna stans d. temenem, s. cornu copiæ.* **ΑR. Cæf. Vind.**

Annus 189. æræ Amisenæ in annum V. C. 909. Antonini xix. imperii incidit; nullo Ponticæ hujus urbis numos Græcos argenteos a Vaillantio conscriptos augere potuit Cl Baldinius, quod ipsum nostri præstantiam quam maxime extollit.


ΑΤΤOKP. ΑΝΤCΝINOΣ. ΣΕΒΑΣ. ΕΤΣ. *Caput illius nudum.*

ΤΠATO. B. *Mons Argæus.*

ΑR. de France.

Cæsareæ Cappadociæ signatum numum cum eodem sacro monte, & consulatus II. indicio jam Vaillantius inter raros notavit pag. 165. Noster id peculiare habet, abesse statuam Imp. monti inpositam.





DIVA. FAVSTINA. *Caput ejus spicis coronatum & velatum.
AVGVSTA. Ceres stans utraque manu facem.* *A. Can. S. Floriani.*

Numo huic ab anticæ cælatura raritas adcedit, unde justæ quærelæ Panelii confirmantur.

DIVA. AVG. FAVSTINA. *Caput idem sine spicis & velo.
Anepigraphus. Ceres stans d. bastam puram, s. spicas.* *AR. Cæf. Vindob.*

Quia nullus sine aversæ inscriptione cum hoc typo describitur a Medioabarbo etiam inter aureos, rarioribus hactenus neglectis est adcensendus. Obcurrit hic typus in eodem catalogo pag. 807., verum titulo adscripto *Ceres Augusta*. An forsitan properatum erat ab monetariis, ut primis eodem typerio cufis numis signum solum inscalperent, visuri an probetur, tum demum epigraphen adcommodam adjecturi? id equidem ob complures anepigraphos videtur.



M. ANTONINVS. AVG. GERM. TR. P. XXIX. *Caput laureatum
M. Aurelii.*

COMMODVS. CAESAR. AVG. FIL. GERM. *Caput Commodi
nudum.* *R. de France.*

Similem huic paullum variata utriusque partis epigraphe Medio-barbus jam in prima editione pag. 225. ex thesauro Theupoli protulit, adtamen quia in ipso museo sex annis post alteram Argelati editionem typis dato abest, arbitror eum tanquam adulterinum rejectum fuisse; nulla ejusmodi est subspicio de nostro præstantissimo, qui anno V. C. 928. signatus est, quo imperator evocato ad se in Germaniam Commodo togam virilem nonis Julii in Pannonia dedit.

M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVI. *Caput idem.*

I M P. VI. COS. III. *Imp. ueste militari stans d. fulmen, s. bastam
pilo verso, coronatur ab adstante Victoria, qua s. ramum gerit.
AV. Cæs. Vind.*

Cum anno V. C. 925, si Trib. Pot. epocham spectamus, congruit, quo deletis Marcomanis, Germaniam subegit, ut complures numi testantur, quo ipso anno idibus Octobris etiam Commodo Germanici titulus, quem in aversa superioris numismatis legimus, datus est. Argenteum similem habet editio Argelati, aureus sane rarissimus desiderabatur, hoc pretium illi merito tribuo ob fulmen, quod

manu præfert imperator , videntur enim an. V. C. 927. ad primos nuncios victoriæ ex Quadiis proximum laureatum typarium ex pro- peratione monetarii adripuisse solo fulmine (tribunitiæ potestatis nu- mero , relicto , ut nec ob spatii angustias commode fieri poterat) adjecto , ut ad illud adluderent , de quo Capitolinus : *Fulmen e celo precibus suis contra hostium macbinamentum extorsit , suis pluvia impe- trata , quum siti laborarent.* Nempe ad Granum fluvium , ubi fulmi- natrix Melitina legio Christiana notum illud prodigium suis precibus inpetravit , testimonio ipfius M. Aurelii in epistola ad senatum da- ta , cuius Tertullianus in Apolog. c. 5. meminit.

M. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXVII. Caput Aurelii laureatum.

IMP. VII. COS. III. Imp. eques babitu pacificatoris d. elata.

A. C. Jos. Kevenbüller.

Ænigma proponit hic numus , si cum iis confertur , quos Medio- barbus pag. 223 & 224. exhibet ; illos inter argentei meminit cum eadem *Trib. Pot.* sine averſæ epigraphe , typo tamen eodem , quem statuæ equeſtri Aurelii , cui etiam noster conveniret , adtribuit : hos inter , aureus indicatur cum *Trib. Pot.* xxviii. & , quod mirum , cum titulo averſæ adjecto *IMP. VI.* noster vero *VII.* repræſentat.

Hanc tamen honorificam adclamationem non accepit nisi victis Qua- dis , atque adeo juxta paullo ante dicta de siti militum non ante ad- ultam æstatem anni V. C. 927. quo jam a Martio *Trib. Pot.* XXVIII. gessit ; ut adeo nec numus noster , nec illi conciliari mili posse vi- deantur , quam dicendo : errore monetariorum alias averſas adver- sis junctas fuisse , quod ipsum etiam nostro non exiguam raritatem conciliat.

M. ANTONINVS. AVG. GERM. TR. P. XXIX. Caput idem.

LIBERAL. AVG. VI. IMP. VII. COS. III. Mulier flans d. teſſe- ram ſ. cornu copiæ.

A. Cæf. Vindob.

Æneum solum cum his epochis prodidit Occonis continuator ; non satis hic adsequor pag. 225. mentem Mediobarbi , qui liberalitatem vii. hujus anni , donativum solum militibus datum ex sententia Nori-

sii, de quo non litigo ob numum inferius productum cum titulo
I M P. V I I I., vult, adtamen non video, quomodo ea *Liberalitas VII.*
donativum solum castrense post victoriam Quadicam fuerit, cum
in nostro *Liberalitas VI.* conjungatur cum titulo I M P. V I I., quem non
nisi Quadis debellatis accepit. Quod ad propositum meum facit plu-
rimum, est, huncce numum & in Mediobarbo, & Vaillantio abesse.

A V R E L I V S. C A E S. A V G. P I I. F. C O S. *Caput ejus nudum.*
P I E T A S. A V G. *Secespita, aspergillum, prafericulum, lituus, ca-*
peduncula. *A. de France.*

Argenteum hujus cælaturæ & epigraphes nobis repræsentat Arge-
lati editio, quia nec huic, nec Vaillantio aureus in manus venit, ra-
rioribus noster adscribendus.

A N T O N I N V S. A V G. A R M E N I A C V S. *Caput laureatum.*
P. M. TR. P. X V I I I. I M P. I I. C O S. I I I. *Mulier stans utraque*
manu cornu copiæ ad vas subjectum inclinat, atque in illud effundit
aliquid. *R. Can. S. Flor.*

Cusus est numus V. C. anno 917. quo Armeniaci titulum ob res a
Cassio in Armenia feliciter gestas adsumvit Aurelius. Cetera nu-
mum eximiæ raritatis facit, cum typus insolens seu Liberalitatis,
seu Abundantiæ, tum, quod in nullo ære apud eos, quos pro
norma constitui, ejusmodi aliquis adnotatus legitur.

Epigraphe eadem, caput nudum.
P. M. TR. P. X I X. I M P. I I. C O S. I I I. *Victoria super palma ar-*
bore tenet scutum, cui inscriptum: V I C. A V G. *A. de France.*

Ad victoriam, de qua illico, referendus præstantiam superiori fere
æqualem obtinet, quia iisdem in libris etiam argenteum, & æneum
cum hac epocha & signo cælatum frustra quæres.

M. A N T O N I N V S. A V G. T R. P. X V I I I. *Caput illius laureatum.*
R E L I G. A V G. I M P. V I. C O S. I I I. *Mercurius stans d. pateram.*
f. caduceum. *R. C. Ariosti.*

Typharia permutata fuisse monetariorum errore extra dubium est, quia dum tribunitiam potestatem XVIII. gereret Aurelius, imperator II. solum adclamatus erat. Apud Mediobarbum ter solum, & in ære quidem, cum Trib. Pot. XVIII. & IMP. II. dein cum XXVI. & XXVII., atque titulo IMP. VI. peculiaris hic Mercurio ab imperatore adhibitus cultus obcurrit, quare argenteus riariorum numerum auget.

M. ANTONINVS. AVG. IMP. II. *Caput M. Aurelii nudum.*
SALVTL. AVGVSTORVM. TR. P. XVIII. COS. III. Hygia stans d. serpentem ex ara adjungentem pascit, s. bastam puram.
A. Can. S. Floriani.

Anno V. C. 918. cufus videtur hic numus ob pestem gravissimam in Parthia ortam, quæ subinde velut L. Veri vestigia sequens, Italiam & Romam etiam depopulata fuit. Et si nec epigraphe, nec salutis signum præter hastam singulare quid habet, quia tamen minutum excussis omnibus tribus monetis, nullus similis proditur, primus in nobilissimo metallo productus riarioribus est adscribendus.

M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. *Caput laureatum.*
SECVRIT. PVBL. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. Mulier seminuda sedens d. ad caput sublata, s. cubito sellæ innixa.
A. ejusdem musei.

Aureum ex eodem museo argenteus consequitur, quo typo æneum tantum adnotat catalogus Argelati pag. 225. Germanis, Sarmatisque victis, atque Caffii tyrannide obpressa, quæ ipsam Romanam civilis belli metu non parum perturbaverat, aptissimum fane signum elegunt monetarii.

A V R E L I V S. C A E S A R. A V G. P II. F. *Caput nudum.*
TR. P. XIII. COS. II. Mars gradiens d. bastam, s. tropaeum numero impositum.
A. de France.

Postremo ante patris & conlegæ Antonini Pii mortem scilicet V. C. 913. malleum subivit numus; ob statuam Martis sub id tempus for-

san positam hoc signum cælavisse monetarios ideo existimo, quia nihil bellicæ expeditionis seu in hunc, seu in superiorem annum ab historicis adnotatur. Infimi solum metalli numum similem conspeximus hactenus, desideratur in hanc diem argenteus, quem felici casu pro merito aureus prævertit.

- - - O N I N V S. A V G. Caput M. Aurelii laureatum.
TR. P. XXVI. COS. II. Victoria gradiens d. coronam, s. ramum.
R. Quinarius Cæf. Vind.

Ut typus nihil singularis raritatis ostendit, ita temporis adjuncta, quæ victoriam Germanicam spectant, & numuli moles eum præstantioribus ad hunc annum contribuit.

M. AVREL. ANTONINVS. AVG. Caput idem.
TR. P. XXXIII. IMP. VIII. COS. III. P. P. Figura togata se-
dens d. serpenti, ut videtur, adsurgentι aliquid obfert, duarum spicarum
specie. R. Can. S. Floriani.

Postremo M. Aurelii anno numus hic congruit; dubium quod in ejus descriptione indicavi, nemini subspicionem moveat, servatus est quam optime, nimia adcuratio me ad eam scribendi rationem impulit. Quia omni in ære apud Mediobarbum abest, nec Vaillantius eum in alterutro nobiliore metallo vidit, rarissimum pronuncio.

Epigraphe, &c caput idem
TR. P. XXXIII. IMP. X. COS. III. PP. Victoria insistens globo,
d. coronam, s. vexillum legionare, aut tropæum aliquod minus.
R. Musei ejusdem.

Ultimi anni, quo M. Aurelius vixit, nec Mediobarbus numum aliquem retulit, rarissimus noster etiam victorias de Marcomanis relatas indicat.

A T T O K P. A N T O N E I N O C. C E B. Caput M. Aurelii laureatum.
T'ΠΑΤΟC. Γ. Mons Argæus cum statua inponi solita.
R. Maj. form. Cæf. Vindob.
Tres

Tres numos Cæsareæ Cappadociæ cūsos hactenus a Vaillantio indicatos sub Nerone, Hadriano, & Pio singulos, quia nuspīam moles est adsignata, denarios eos habeo; noster drachmam & grana 40 appendit, atque adeo præstantiæ est eximiæ, cum nullus hujus urbis etiam a Cl. Baldinio sit adjectus.

ΑΤΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΤΡΗΛΙΟ. ΑΝΤΩΝΙΝΟ. ΣΕ. *Caput Aurelii laureatum.*

ΤΠΕΡ. ΝΙΚΗ. ΡΩΜΑΙΩΝ. *Figura captivi, ut videtur, decumbens ad ædificium arcuatūm, infra forsan ΝΕΚΙ.*

R. C. Ariostii.

Alium incertæ urbis numum cum eadem aversæ epigraphe hic repræsentavit Vaillantius, verum pro Venere stante in nostro captivus ad arcum forsan triumphalem objicitur, literæ, quæ inferius conparent, Nisiben Mesopotamiæ urbem satis probabiliter produnt, atque simul numum rarissimis adcensem.





FAVSTINA. AVGUSTA. Caput uxoris.

**VENERI. AVGUSTAE. Dea sedens d. puellum, alt Victoriolam,
f. bastam.**

R. Can. S. Floriani.

Frequens admodum Veneris typus est in hujus augustæ monetis, cum hac tamen epigraphæ, atque adjunctis aliis nec compilatores, quos Argelatus edidit, nec Vaillantius ullum vidit unquam, id quod ad præstantis numi pretium satis est.





IMP. L AVREL. VERVS. AVG. *Caput illius nudum.*
DIVVS. ANTONINVS. *Caput nudum Pii.* **R. Cæf. Vind.**

Ut nullam consecrationem Antonini Pii cum capite M. Aurelii hucusque vidimus, ita nullus item cum capite Lucii Veri in Argelati editione conparet, quare singularis præstantiæ est existimandus.

L. AVREL. VERVS. AVG. *Caput illius nudum.*
TR. P. O. T. II. COS. II. *Mulier stans d. globum, s. cornu copia.*
A. Quin. Cæf. Vind.

Signum, quod in pretioso hoc numismatio cælatum est, *Providentiam Deorum* indicare, ex aliis ejusdem augusti argenteis & æneis monetis docemur; aureus haec tenus productus est nullus, cui singulari fortunæ si pondus subduplum adjicimus, eximiæ eum raritatis habebimus.

L. VERVS. AVG. ARM. PARTH. MAX. *Caput Veri laureatum.*
TR. P. V. IMP. III. COS. II. *Imp. equo currenti insidens d. jaculum in boitem prostratum vibrat.* **A. Cæf. Vindob.**

Similem quoad aversæ partis typum, quem de expeditione Parthica explicuit, sed *Trib. Pot. VI.* insignem numum, quales item duo eodem in museo adservantur, rarioribus adcenfuit Vaillantius, et si jam eodem in metallo apud Mediobarbum relatus esset; præfens quia neutri collectori sub oculos venit, majore laude est cumulandus.



L V C I L L A. A V G V S T A. *Caput uxoris.*

I V N O N I. L V C I N A E. *Dea sedens d. florem, s. infantem fasciis involutum.*

R. Can. S. Floriani.

Tribus hujus augustæ numis a Vaillantio inter præstantiores editis unicum adjecit Cl. Baldinius; felicior Austria huic quadrigæ quinque alios addere potuit. Quem hic exhibeo, æneum solum adnotaverunt Occonis continuatores, qui enim cum eadem epigraphe inter argenteos recensetur, signo posticæ partis a nostro, qui minimum inter raros locum habet, diversus est.

Epigraphe ♂ caput idem.

P V D I C I T I A. *Mulier sedens d. pectori admovet.*

R. Eremit. S. Aug. Vindob.

Eadem hujus, quæ superioris est raritas, nec enim vel aureum, vel argenteum apud Vaillantium, & Mediobarbum invenies.

Epigraphe ♂ caput idem.

V R N V S. V I C T R I X. *Dea subcincta stans d. puellum aut Victoriolam, s. scutum ad terram.*

R. Can. S. Floriani.

In omni quidem metallo Lucillæ capite signato Cypria obcurrit, in nulla tamen moneta aut hoc epithetum illi est adjectum, aut hoc modo cœlata, id quod super rariores nostrum extollit.

Epigraphe ♂ caput idem.

*Epigraphe eadem. Dea stolata stans d. mammilla nuda, d. Victoriolam,
scutum galeæ aut simili rei inponit.* *R. Can. S. Flor.*

Superiori in raritate ne minimum concedit.


ΛΟΤΚΙΑΛΑ. ΚΕΒΑΚΤΗ. *Caput idem.*

ΤΠΕΡ. ΝΙΚΗC. ΤΩΝ. ΚΤΡΙΩΝ. ΚΕ. *Mulier stolata stans
d. globum, s. cornu copiae.* *R. C. Ariosti.*

In numum hujuscemodi cum L. Veri capite ex museo Saxo - Gothano protracto omnia encomia Baldinius congregat pag. 179. *Hic numerus argenteus, ait, elegansissimus est, & rarisimus.* Si quid novi in re numaria, certum habeo, matronarum numos Græcos monetis virorum eadem lingua inscriptis præstare semper; luculentum testimonium hujus ex urbibus Græce loquentibus produci potest, ubi solum Lucillæ ænei adnotantur.

Nostro pretium addit metallum & epigraphe aliquantum diversa ab illo, quem tantis laudibus extulit Romanus editor; quocum in explicatione typi non satis tamen consentio: id certum est, ad posteriorem aliquam anno V. C. 923. victoriam gratulationem eam Græcæ urbis referri non posse, cum eodem anno L. Verus sit mortuus, in numo tamen Græcula adulatione Dominorum Augustorum fiat mentio.

Ast cur Parthica potius, quam Germanica hic indicetur, non video; si eam rationem adulisset Cl. Baldinius, urbes Græce loquentes Parthiæ viciniores fuisse, consentirem forsitan, verum ut imperii *Felicitatem* per typum aversæ indicari persuadear, induci non possum, qui paullo superius ostendi, in monetis mariti signum hoc cum epigraphe *Provid. Deor.* repræsentari, novimus autem uxorum typaria eodem tempore cœlata fuisse.



C O M M . A N T . A V G . B R I T . *Caput Commodi laureatum.*

A N N . P . M . T R . P . X . I M P . V I I . C O S . I I I I . P . P . *Mulier stans d. icunculam s. cornu copiae, ad pedes binc modius cum spicis: inde navis cum duobus remigibus.* **R. Can. S. Florian.**

Etsi graviorem, qua Vrbs pressa fuit, famem historici in annum V.C. 941. submoveant, similem tamen calamitatem etiam anno 937. evenisse, napis in numo signata docet, indicio scilicet annonae aliunde advectae. Æneum typo fere simili recensuit Medobarbus, aberat argenteus, aureus expectandus est, quæ adjuncta ad rariorum numerum nostrum promovent.

I M P . C A E S . L . A V R E L . C O M M O D V S . G E R M . S A R M . *Caput idem.*

C R I S P I N A . A V G . *Caput uxoris.*

A. de France.

Crispinæ aureos omnes præstantioribus adnumerat Vaillantius, notum est, eos numos, qui utraque parte caput exhibent, admodum elegantes haberi, quanta encomia in nostrum congerenda propterea, quod hactenus nullo in metallo Commodo conjuncta Crispina comparuit? qui rarissimum & elegantissimum dixerit, infra insigne nummi meritum pronunciabit.

M . C O M M . A N T . P . F E L . A V G . B R I T . P . P . *Caput illius laureatum.*

G E N . A V G . F E L I C . C O S . V . *Genius seminudus stans ad aram d. pateram, s. cornu copiae.* **R. C. Ariosti.**

Singularis hæc averſæ epigraphe in sola moneta Commodi, quod primus fibi titulum *Felicitatis adsumpsit*, legitur, & in duabus quidem æneis apud Mediobarbum pag. 248. & 255., in tertia aurea ex Goltzio recensita pag. eadem, sine omni anni charactere. Quod vero nostri pretium præclare auget, est, posteriore numum æneum *Trib. Pot. XV. & Cos. VI.* inscriptum adnotari, priorem vase tribunitiam potestatem sine consulatus numero indicare. Infelices & Vailantius & Baldinius fuere, quorum oculos felix hic Commodi Genius fugit.

L. AVREL. COMMODV. --- RM. SARM. *Caput idem.*

IVNONI. SISPITAE. TR. P. II. IMP. II. COS. P.P. *Dea de more cornigera d. jaculum torquet in serpentem adsurgentem, s. scutum.*
R. Cæf. Vindob.

Rarum admodum in numis imperatorum est signum Iunonis Lanuvinæ, forsan celebrior ejus cultus aliquamdiu inde a republica libera intercidit, neque enim ante Antoninum Pium conparet, atque post Commodo iterum disparet. Præter unicum æneum ex museo P. Cattanei pag. 242. nullum produxit Mediobarbus.

L. ABL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL. *Caput ejus laureatum.*

MAGNIFICENTIAE. AVG. COS. VII. P. P. *Intra lauream.*

R. Can. S. Flor.

Ad ultimum stultitiae Commodianæ annum scilicet V. C. 945. numus hic unicus pertinet, & forsan ad postremos quatuordecim dies, quo iasanos ludos edidit; unicum dixi, quia in universo catalogo continuorum Occonis hanc epigraphen nemo legerit. Auro majoris ponderis magis pretiosus est numus.

Epigraphe & caput idem.

MARTI. VLTORI. AVG. *Mars stans d. bastam, s. captivum nudum pede d. prebensum (nisi quadrupes quis volit) sustinet.*

R. musei ejusdem.

Facet Vaillantius de hac epigraphe, in Argelati indice vocabulis integris scripta in moneta argentea, sed diversa signi cælatura sub Ge-
ta obcurrit. Quare alterum unicum quantivis pretii produco. Quia
nulla epocha insignis est, ad quod bellum referendus sit numus,
hæreo.

M. COMMODVS. ANTON. AVG. PIVS. *Caput simile.*

P. M. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. III. P.P. *Victoria seminu-
da stans inscribit clypeo arbori adpensò, ad quam residens captivus.*
R. olim Apost. Zeni, nunc Can. S. Flor.

Victorias de Germanis & Dacis rebellibus V. C. anno 936. relatas
a ducibus respicit; in nullo metallo inscriptionem huic typo junctam
apud Mediobarbum dum reperio, rarioribus eum adscribo, ne de
unicis sæpius loquendo invidiam mihi conciliem.

M. COMMODVS. ANTONINVS. PIVS. *Caput illius laureatum.*

P. M. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. *Pallas gradiens d.
telum vibrat, scutum, ad pedes bubo.* *R. ejusdem musei.*

An sicut feritate Domitianum, ita & numismatis typo imitari voluit?
ut prima fronte singularis raritatis nihil ostendit notissimum Deæ si-
gnum, ita in auro & argento desideratur apud numorum conlecto-
res sæpius laudatos, atque in ære solum duo satis dubia descriptione
repræsentantur.

Epigraphe & caput idem.

Epigraphe eadem. Bonus Eventus stans ad aram. *R. ejusdem musei.*

In omni metallo abest in catalogis recensitis, minimum rarioribus
adscribendus.

C O M M . A N T . A V G . P . F B L . *Caput ejus laureatum.*

Epigraphe eadem. Roma stans d. Victoriam, scutum. *R. musei ejusdem.*

Dum hic integrum velut nidum ex ditissimo Zeni numophylacio pro-
fero, liquet, Cl. Baldinium de paucis iis, quos ex hoc thesauro
laudat,

laudat, per epistolas edoctum fuisse, aut si itinere aliquo Venetias suscepto conlectionem ipsam percurrit, eos solum adnotavisse, qui primo adspectu feriebant magis, nequaquam vero per illius, ut per meas manus numos singulos transvisse. Sedentem Romam in argenteo apud Mediobarbum invenies, stans cum his temporis notis abest.

C O M M . A N T . A V G . P . B R I T . *Caput idem.*

P . M . T R . P . X . I M P . V I I . C O S . I I I I . P . P . *Victoria gradiens d. coronam s. ramum.*

A. Quin. Cæs. Vind.

Obvium admodum Victoriae signum ob victos Britannos proculsum & a metallo, in quo apud Occonis continuatores desideratur, & a mola raritatem singularem trahit.

M. C O M M . A N T . A V G . P . B R I T . F E L . alias F E L . B R I T . *Caput laureatum.*

P . M . T R . P . X I . I M P . V . P . P . *Mars nudus gradiens d. bastam, s. tropæum in bumero.*

R. Quin. C. Ariosti.

Quinarium aureum duo argentei typi similis per intervallum consequuntur, et si materia inferiores, non vulgaris tamen pretii, quod cum hac epocha in nullo metallo Gradivus signatus comparuit; an de Frisibus, aut aliis Germaniae populis hoc tropæum sit, incertum. Monetarii cælatoris lapsu factum esse arbitror, ut loco cos, scalperetur i M P., etenim jam *Trib. Pot. X.* in omnibus numis titulus i M P. V I I . conjungitur, quod inferius ex simili quinario confirmabo.

M. C O M M . A N T . P . F E L . A V G . B R I T . *Caput illius laureatum.*

P V B . F E L . P . M . T R . P . X I I . I M P . V I I I . C O S . V . P . P . *Mulier stans d. pateram, s. bastam.*

R. Can. S. Floriani.

Nec in auro nec in argento hanc inscriptionem legimus hactenus. Ipsum signum Felicitatis quam simplex est, tam a communi hoc numen repræsentandi more discedit, quæ omnia si conjungo, rariorum classi inferendum existimo.

M. COMM. ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P.P. *Caput simile.*
 SEC. ORB. P. M. TR. P. XIII. COS. V. DES. VI. *Mulier*
sedens d. globum. *R. C. Ariosti.*

Ita truncatis vocabulis : *Securitas orbis aureus tantum repræsentatur.* An hanc ob Cleandrum capitis damnatum augurati fuerint Romani ? Seditio sane gravissima inpotentis hujus liberti cæde compo-
fuit.

IMP. L. AVREL. COMMODVS. AVG. GERM. SARM. *Caput laureatum.*
 TR. P. II. COS. P.P. *Mulier stans d. protensa galosm, s. signum*
militare. *R. C. Ariosti.*

Typus singularis, qui non solum inter numos Trib. Pot. signatos omni in metallo abest, sed nec inter universos Commodi numos uspiam in postrema editione reperitur, ut rarissimis numisma adcen-
featur, omni jure exigit.

M. COMMODVS. ANTONINVS. AVG. *Caput idem.*
 TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P.P. *Victoria stans d. fertum,*
s. ramum. *R. Quin. Cæf. Vindob.*

Quia nec aureus nec argenteus denarius simili cælatura & epigraphe conlectoribus sub oculos venit inde ab Occonis ætate, quinarius qui victoriam Germanicam celebrat, insignis raritatis subfragium meretur.

M. COMM. ANT. AVG. P. BRIT. FEL. *Caput laureatum.*
 TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P.P. *Mars nudus gradiens, d.*
bus tam s. tropæum in bumerum reclinatum. *R. Quin. Can. S. Floriani.*

Eiusdem laudis cum simili quinario ex museo C. Ariosti depromto, simul monetarii artificis errorem in numero titulo I M P. ibidem adje-
cto admissum, de quo superius monui, ostendit.

L. A E L. AVR E L. C O M M. A V G. - P. F E L. *Caput idem.*

V I R T. A E T E R. A V G. P. M. T R. P. X I I I. C O S. V I I. P. P.

Mars nudus gradiens d. pede calcat aliquid tropæo simile, s. bastam cum clypeo, d. ramum oleæ.


A. Cæs. Vindob.

Peculiaris hæc aversæ inscriptio est Commodi, in cuius argentea moneta adnotatur in indice Argelati, in nullo alterius Augusti numo eam legerit aliquis, neque enim facile quis ita insanivit, ut se Herculem Romanum scribi voluerit, huc enim pertinere videtur, quia cum eadem epocha augustus gladiator identidem sub exuviis Hercules Romani, & Commodiani latet. Aureus noster præstantissimus etiam Cl. Baldinium fugit.

Subjicit idem Vir eruditus Vaillantii numis ex electro unum regis Bosphorani ex museo Inl. Senatoris Veneti Antonini Nani, cuius tamen annus 487., ut alias monui, nequaquam in 7. & 8. sed 11. & 12. Commodi incidit, id quod ejusdem regis numus ex numophylacio Theupoli cum epocha ΘΠΤ. luculenter conficit. An hic nepos fuerit Sauromatis II. Trajano synchroni, destituunt nos historici, ut probabiliter aliquid statui poslit.



CRISPINA.




CRISPINA. AVGVSTA. *Caput uxoris.*

PUDICITIA. *Mulier stans velum capiti obducit.* A. Cæs. Vindob.

In solis æneis hoc aversæ partis signum hactenus vidimus in Occonis compilatione, nec Baldinio aliquis conspiciendus oblatus est, rariissimis eum adnumerandum existimo, qui tamen ante annum V. C. 937. cufus esse debebat, cum anni præcedentis postremis mensibus post Lucillam ob Pompeiani conurationem interiisse videatur.





IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. *Caput ejus laureatum.*
PROVID. DEOR. COS. II. *Mulier stans d. versus astrum elevat.*
A. Cæs. Vindob.

Omitto hic illum **M E N T I. L A V D A N D A E** inscriptum, quem Baldinius eodem ex museo laudat mirifice. Quem repræsento, argenteum solum nobis exhibuit, & cum rarissimi titulo, aureum si vidisset, singularis raritatis & præstantiæ laude eum cohonestavisset.



N 3



IMP. CAES. M. DID. IVLIAN. AVG. *Caput ejus laureatum.*
 CONCOR. MILIT. *Mulier stans utraque manu signum militare tenet.*
A. de France.

Aureos & argenteos rarissimos omnes hujus augusti novimus, in tanta raritate si vel modicum variatur, pretium insigne adjicit, quod eum in finem conmemoro, quia nec Vaillantius, nec Mediobarbus ita truncatam epigraphen protulit. Lacunam hic aliquam intermitto, Manliam Scantillam & Didiam Claram prætereundo, etenim ~~avexodo-~~ videre non licuit, neque id dedecori est, quia iidem singuli, quos utriusque augustæ protulit Vaillantius, in gaza Augusta argentei conduntur, atque Scantillæ quidem duo paullo inter se diversi.





IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER. IVST. AV. *Caput illius laureatum.*
FORTVNAE. RE. *Mulier sedens d. globum, s. cornu copia.*
Caput simile.
FORTVNAE. REDVCI. *Mulier sedens d. ramum s. cornu copia.*
R. ambo Cæs. Vindob.

Aureum Pescennii hucusque inventum nullum, argenteos rarissimos novimus; duos hos numos conjunxi, ne de eodem argumento bis loqui foret necesse. Numum cum posteriore aversæ epigraphe et Fortuna temone armata stante elegantioribus adnumeravit Vaillantius, qui jam in prima Mediobarbi editione procusus fuerat; Fortuna nostra et sedet, et ramum tenet, quæ adjuncta denarium singularis elegantiæ faciunt. Atque hæc de posteriore.

Priorem quod attinet; ejusdem eum raritatis esse pronuncio, cum ob abruptum vocabulum, tum ob globum, ob quæ duo ab eo differt, quem secundo loco pag. 264. Argelati catalogus nobis exhibet.

IMP. CAES. C. PESC. NIGER. IVST. AV. *Caput idem.*
MARTI. AVGVSTO. *Mars nudus gradiens, d. bastam præfixum,*
s. tropæum in bumerum reclinatum. *R. Cæs. Vindob.*

Vnicum hunc, atque pretii non æstimandi pronunciare confidenter audeo; rarissimos duos cum epigraphe Marti Victori adnotavit Vailantius, quorum postremi ille similis fuerit, qui ex museo Theupoli

detrito agnomine ab Argelato est indicatus, Martem Augustum in nullius imperatoris moneta quis legerit hactenus.

I M P . C A E S . C . P E S C . N I G E R . - - - Caput idem.

M I N E R . V I C T R I S . (Sic.) *Pallas stans d. clypeum sublimem, s. bastum præpilatum.* *R. C. Ariosti.*

Ab omnibus seu a Vaillantio, seu ab Occonis continuatoribus adnotatis etiam ipsa mendosa epigraphe differt noster, quare majore honore profundus, quam ille, quem eruditus medicus rarissimis adscripsit.

I M P . C A E S . C . P E S C . N I G E R . I V S T V S . Caput simile.

S A L V T I . A V G V S T I . *Mulier stans d. serpentem tenet, cui s. paternam obfert, ad pedes ara.* *R. C. Ariosti.*

Nullum cum hoc signo & epigraphe etiam in recentiore Mediobarbi editione reperies; quem pro rarissimo descripsit Vaillantius, et in inscriptione et in cælatura diversus cum sit, præsentis majorem præstantiam commendat.

A T T . K . ΠΕCK . ΝΙΓΡΟC . ΙΟΤCTOC . CEB . Caput illius laureatum.

- - - A N Δ P I N Ω N . K A I C A P E Ω N . M H T P O . Fortuna stans s. cornu copiae d. temonem, respicit sedentem mulierem, cuius caput modio ornatum. *R. Max. mod. de France.*

Vaillantius in libro de numis urbium Græce loquentium eos omnes Pescennii, qui cognomen IOTCTOC. exhibent, adulterinos habet, γνησιοῖς hujus vadem me præsto. Magis in eo hæreo, cui urbi adtribuendus. Cæsareæ Cappadociæ cum titulo metropolis optime conveniret, ast hanc aliquando Alexandrinam nominatam nescio, et præterea hæc fere nunquam sui montis Argæi obliviiscitur.

Vicinia Antiochiæ, ubi adclamatus est imperator Pescennius, locorum situs, ubi pugnatum est cum Severo, Alexandriam ad Iffum mihi subgerit, verum unde huic Cæsareæ cognomen, atque magis metropolis titulus, me legere non commemini, ut ut sit, quia novimus

vimus nonnunquam, ut recens a Cl. Pellerinio factum est, novos honoris titulos ab urbibus adsumtos detegi, in hanc inclinarem potius; forsitan etiam haec civitas magis adulacionem ad se pertinere arbitrabatur ob id, quod Valesius in *excerpt. Dionis.* pag. 734. refert, eum fuisse mirum in modum arrogantia inflatum: ὥσε τοῖς μὲν τὸν Αλέξανδρον ἀυτὸν νέον ὄνομάζεσθαι χαίρειν adeo ut novum se *Alexandrum* dici libenter audiret.

Ne ipse quid arrogantius de præsente numo pronuciem, encomium, quod Vaillantius Tarsensi suo, etsi multum inferiori, tribuit, solum adscribo: *stupenda raritatis, elegantiæ, et singularitatis est.*





D. CLODIUS. ALBINVS. CAES. *Caput illius nudum.*

PROVID. AVG. COS. *Mulier stans d. sceptrum versus globum bumi jacentem porrigit, s. bastam.* AV. Cæs. Vindob.

Cæsaris hujus aureum unicum produxerat. Qoco, duos Vaillantius feliciter adjecerat, quartum eodem ex metallo flatum, qui in nullius manus hactenus venit, addo, unde liquet, quam ex vero pronunciaverit Vaillantius, ex auro omnes eximiae esse raritatis. Nihil decedit nostro, quod similis argenteus apud Mediobarbum reperitur, nam ambo Vaillantii cum iisdem typis et inscriptionibus scilicet Apollinis Actii, et Fortunæ reducis sedentis argenteos inter idem catalogus exhibet, quo tamen tam parum absterritus fuit eruditus Gallus, ut horum primum *rarietà eximiae*, alterum *rarietà et elegantiā præstantissimum* adnunciat.





S E V E R V S . A V G . P A R T . M A X . *Caput Septimii laureatum.*

A N T O N I N V S . A V G V S T V S . *Caput Caracallæ laureatum.*

A. Cæs. Vind.

Omnis convenimus in eo, numos, ut ita loquar, bicipites iis præstare, qui unum solum in antiqua caput exhibit; Vaillantius numo ex argento fato, qui Caracallæ caput parenti jungit, præstantiores inter locum adtribuit, aureum si nactus fuisset, quis dubitet, rarissimus eum fuisse adscriptum?

S E V E R V S . P I V S . A V G . *Caput idem.*

A E T E R N I . I M P E R I . *Capita Caracallæ, & Getæ adversa, & laureata.*

R. Cæs. Vindob.

An litera T hic compendii gratia omissa fit, dubitari merito potest, quia cum filiorum proposita capita perennaturi certa spes esse poterant A E T E R N I I M P E R I I., inscriptio plenam satis sententiam faciebat. Eos, qui litera illa multati non sunt, rariores habet Valliantius; aliquem cui litera postrema abesset in Mediobarbo me videre non memini, crescit numi nostri raritas etiam ob Getæ caput laureatum.

L. S E P T . S E V . P E R T . A V G . I M P . V . *Caput laureatum.*

A R A B . A D I A B . C O S . I I . P . P . *Victoria gradiens d. coronam, f. ramum.*

R. Can. S. Floriani.

Ad expeditionem in Arabiam & Osrhoenos suscep tam V. C. anno
948. referendus; omni in ære in Argelati editione abest haec averſæ in-
ſcriptio, nec Vaillantius, ejusve editor Italus alicujus ſimilis meminit.

I M P. CÆS. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II. *Caput idem.*
FORTVNAE REDVCI. alter: **FORTVN. REDVC.** *Mulier*
ſtans ad aram d. pateram. **R. C. Arioſti.**

Vota potius pro reditu concepta typus indicat, quem inscriptioni
huic coniunctum tam in Mediobarbo, quam Vaillantio fruſtra quæ-
res; iter ob vagum consulatus II. indicium, absentibus etiam victa-
rum gentium titulis definire non licet. Inter rariores prætantior
habetur uterque.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. XIII. *Caput ejus laureatum.*
INDVLGENTIA. AVG. *Mulier ſedens, d. pateram, f. baſtam.*
R. Can. S. Floriani.

Nuspiam adnotatur apud historicos, Severum **XIII.** imperatorem ad-
clamatum; quia nullus sub hoc imperatore etiam ſimili inscriptione
averſæ, & signo cetera ſimplice & vago obcurrit, rarissimis eum
adcenſeo.

I M P. SEV. PERT. AVG. *Caput simile.*
LEG. XIII. GEMINA. M. V. TR. P. COS. *Aquila legionaria in-*
ter duo signa militaria. **R. C. Jos. Kevenbüller.**

Legionis **XIII.** Geminæ Martiæ Victricis aureum rarioribus inferit
pag. 222. Vaillantius, ejusdem pretii argenteum præſentem exiftimo,
etfī enim illos omnes, qui vocabulum **G E M.** truncatum repræſentant,
inter obvios abjicit quam rectiffime, aliud hic ſubfragium ab eo-
dem tulifſet, qui veram lectionem ejus compendii docet, cuiusmo-
di monetæ, atque præcipue coloniarum, quia perſæpe anteriores
antiquariorum conjecturas evertunt, in pretio habendæ ſunt.

I M P. CÆS. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II. *Caput idem.*
LIBERAL. AVG. *Liberalitas ſedens d. teſſeram f. cornucopiae.*
R. C. Caroli Auerſperg.

Quam frequens hocce signum in Augg. monetis obcurrit, tam non commemini, me illud sedentis situ videre unquam; inter Severi numeros sane eodem in metallo pag. 269. apud Mediobarbum stans exhibetur, unde singulari situi par raritas debetur.

L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. X. *Caput laureatum.*

LIBERO PATRI. *Bacchus nudus stans d. in caput sublata, f. tbyrsum, ad pedes tigris.* *R. ex eodem museo.*

Quia cum hac epocha & reliqua capitris inscriptione nullus in Argelati editione reperitur, sua laude non caret.

L. SEPT. SEV. PERT. (sic.) AVG. IMP. V. *Caput simile.*

LIBERT. AVG. *Mulier sedens d. tessera, f. cornu copia.* *R. C. Ariosti.*

Triplex titulo rarus est hic numus, quorum primus ab errore scalptoris monetarii est, qui *Libertatem pro Liberalitate* inscriptione mendosa cœlavit: alter est sedentis *Liberalitatis* typus: tertius, quod nec *Libertas*, nec *Liberalitas* cum titulo IMP. V. apud Occonis continuatores adnotatur.

IMP. CAE. L. SEP. PERT. AVG. COS. II. *Caput laureatum.*

MARTI VLTORI. *Mars gradiens d. bastam, f. tropæum in bu-
merum reclinatum.* *R. C. Caroli Auersterg.*

Singularis præstantiæ denarium exhibeo, cuius aversa pars, nec in aliis metallis aut Vaillantio, aut Argelato se conspiciendam obtulit; belle etiam cum historia consentit, nihil admodum pro anno V.C. 948. feligere poterant monetarii, quam Martis ultioris & signum & epigraphen, obrebelles Osrhoenos, & Adiabenos eo progressos, ut cæsis legionariis Romanis etiam Nisibin teste Dione L. 75. obfiderent, perdomitos, cui expeditioni inscriptio nostri numi melius multo convenit, quam illa a Vaillantio pag. 223. laudata. *Mars Pacator.* quam jam in prima editione Mediobarbus proposuit.

S E V E R V S. P I V S. A V G. *Caput simile.*
M I N E R V A. S A N C T. *Dea stans d. scutum ad terram s. bastam.*
R. Cæs. Vindob.

Præterquam in Getæ numis, iisque solis antehac epithetum hoc Palladi tributum non legebam in monetis. Noster præterea cum ab iis, quos sub Severi filio adnotat Argelati index, tum ab eo, quem pag. 260. rarum laudat, ipsa etiam inscriptionis ratione differt, quare riorum classem cum dignitate ampliabit.

I M P. C A E. L. S E P. P E R T. A V G. C O S. II. *Caput idem.*
P I E T A T. A V G. *Imp. stans ad aram luculentam, d. patram.*
R. C. Caroli Auersperg.

Si cui præfens numus obvius prima fronte videtur, is velim, Vailantium & Mediobarbum per omnia metalla excutiat, eo reperto, quam illi adscribo, raritatem perlibenter expungam. Hujus similis in museo C. Ariosti etiam adservatur.

S E V E R V S. P I V S. A V G. *Caput simile.*
P. M. T R. P. X I. C O S. I I I. P. P. *Fortuna sedens d. temonem, s. cornu copiae, ad pedes infra sellam rota.*
A. Cæs. Vind.

Reditum Severi laureatum ex Arabia, & Ægypto per Asiam & Illyricum anno V.C. 956. indicat. Quia nec argenteus nec æneus similis in saepe laudatis libris est adnotatus, præstantioribus adconsendum existimo.

S E V E R V S. P I V S. A V G. *Caput laureatum.*
P. M. T R. P. X V. C O S. I I I. P. P. *Tropæum, ad quod binc captivus sedet, inde figura nuda a tropæo aversa stat, s. forsan a tergo ventra, d. ad caput elata.*
R. Can. S. Floriani.

Rarissimus & singularis elegantiae denarius ad victoriam per Severi duces de Britannis anno V.C. 960. relatam spectat, neque uspiam hactenus comparuit.

Epi-

Epigraphe, & caput simile.

Epigraphe eadem. Caput Medusæ alatum.

A. Cæf. Vind.

Ut typi insolentia prima fronte ferit, ita cum metalli splendor, tum altum de hoc signo seu in argento, seu in ære apud Vaillantium, & Mediobarbum silentium singulari raritate conspicuis numum præclarum inserit.

Epigraphe & caput simile.

P. M. TR. P. XVI. COS. IIII. P. P. Victoria sedens d. ramum s. clypeum, ad sellam jacente altero, pone erectum tropæum. A. Cæf. Vindob.

De simili typo epochæ huic coniuncto omnes tres Monetæ tacuerunt hactenus, quare aureus hic, cuius quoque aversæ cælatura novi quid habet, etiam hoc titulo præ rarioribus æstimandus est.

S E V E R V S. A V G. P A R T. M A X. *Caput idem.*

R E S T I T U T O R. V R B I S. *Imp. habitu militari stans ad tripodem, d. pateram s. hastam.*

A. Cæf. Vindob.

Magnifica hæc inscriptio a Spartiano, & Dione etsi aliquantum discordibus, quod ad rem nostram parum facit, illustratur, quorum ille pag. 176. Magnum vero illud in civitate ejus, quod Romæ omnes ades publicas, quæ vitio temporum labebantur, instauravit, nusquam prope suo nomine adscriptio, servatis tamen ubique titulis conditorum. Hic vero Excerpt. Val. pag. 741. πλεῖσάγε καὶ τῶν ἀρχαίων ὀικοδημητῶν ἀνεκτίσατο, καὶ σφίσι τὸ ἐστῆ ὄνομα ὡς καὶ ἐκ καιῆς ἀπίλα καὶ ἐξ ιδίων χρημάτων κατεξευακὼς ἐπέγραψε πολλὰ δὲ καὶ μάτην ἔστε ἐπισκευας καὶ κατασκευας ἐλερων ἀναλωσε. Plurima vetera aedificia refecit, eisque nomen suum inscripsit velut primus a fundamentis, suaque pecunia ea extruxisset. Multa vero etiam in sarta tecta & substructiones aliorum operum frustra prodegit. Aureum hunc in catalogo carthusianorum Romanorum non vidit Vaillantius, Mediobarbus ejusdem typi argenteum solum adnotavit.

L. S E P T. S E V. P E R T. A V G. I M P. I I I I. *Caput Severi laureatum.*

S E C V R I T A S. P V B L I C A. *Mulier sedens d. globum, s. in sellam reclinata.*

A. ejusdem musei.

Similis cum titulo I M P. V I I I . numophylacium Eremitarum S. Augustini Vindob.; alter omisso *Imp.* titulo Haverianum ornat. Triuga hæc humorum admirationem parere potest, quod horum nullus in aliorum conlectorum manus saltem alio in metallo venit. An in ipsa Pannonia per itinera in Galliam aut Britanniam suscepta cum exercitu cusi? quidquid sit, singulari raritati etiam insolens signirepræsentatio gratiam addit.

I M P. C A E. L. S E P. S E V. P E R T. C O S. I I. *Caput laureatum.*
T R. P. I I I. I M P. V. C O S. I I. *Tropæum inter duos captivos super arma sedentes.* *R. C. Ariosii.*

Etsi consulatus tam in antica, quam postica signatus, persuadeat errore monetarii diversa ad feriundum numum typaria fuisse conjuncta, quia tamen neutra inscriptio præsertim cum signo in aversa scalpto in Argelati indice legitur, numus de rarioribus est aliquis.

• • • S E P. S E V. P E R T. A V G. C O S. I I. *Caput simile.*
V E N E R. V I C T. *Venus stans d. galeam, f. bastam.* *R. C. Ariosii.*

Seu uxoris typarium pro aversa parte signanda permutatum est, seu, ut nonnunquam duces alii *Victricem Venerem* fibi propitiam voluere, eam etiam coluit Severus, rarus hic numus in catalogis, quos consulo, abest.

S E V E R V S. P I V S. A V G. B R I T. *Caput Severi laureatum.*
V I C T O R I A E. B R I T. *Victoria seminuda stans d. ramum, f. clipeum arbori inponit.* *R. ejusdem musei.*

Cum hac epigraphe idem signum junctum inter numos postremis duabus annis cufos, quo referendus est, nullo in metallo invenies aliquem; rarioribus adnumerandum eum esse, alter diversi typi apud Vaillantium pag. 228. conprobat.

S E V E R V S. P I V S. A V G. *Caput idem.*
V O T A S V S C E P T A. X X. *Vir paludatus & velatus stans ad aram sacrificat, præiente altera togata, quæ f. bastam, medio tibicine.*
R. de France.
Quem

Quem cum solo sacrificante pag. 231. et si jam in Mediobarbi editione prima notatum Vaillantius ex museo Gothano velut rarum adjecit, noster ob tres figuræ ita superat, ut singularis raritatis numos adtingat.

ΠΤ. ΣΕΩΤΗΡΟC. ΣΕ. *Caput laureatum. Severi.*
 ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤΟ. *Aquila stans alis expansis rostro coronam; intra pedes astrum.* *R. Max. form. Can. S. Flor.*

Numus hic Aradi, ut astrum indicat, percussus Vaillantii & Baldinii solertiam effugit, rarioribus merito adscribendus.

ΑΤ. Λ. ΣΕΠΙ. ΣΕΩΤΗΡΟC. *Caput simile.*
 ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙΚΑΠΙ. ΕΤ. Β. *Mons Argæus, cui inminet astrum.* *R. Cæf. Vind.*

Cum eodem quidem anno II., sed tam epigraphæ aversæ, quam typo diversum Cæsareæ Cappadociæ cusum denarium unicum rarissimum adnumeravit Vaillantius, idem de nostro sensurus, si sub ejus oculis venisset.

ΑΤ. Κ. Λ. ΣΕΠΤ. ΣΕΩΤΗΡΟC. *Caput idem.*
 ΜΗΤΡΟ. ΚΑΙΚΑΠ. ΝΕΟΚ. ΕΤ. ΙΣ. *Ædificium in turris formam, aut alveare.* *R. Cæf. Vindob.*

Tres alios hujus urbis idem eruditus Gallus cum eodem sacro monte, & annis XIV. XV. XVII. subjicit, noster seriem chronologicam subplet annum XVI. inferendo; cum hoc, tum insolens posticæ partis signum ad rariorū classē eum promovet.



IVLIA. AVGVSTA. *Caput uxoris Severi.*

AEQVITAS. AVGG. *Mulier stans d. bilancem s. cornu copia.*

R. C. Caroli Auersperg.

Nec typus rari quid, nec epigraphe haberet, nisi capiti augustæ conjungerentur; lapsu monetariorum id evenisse subspicari quis posset, si matronæ alius regnantis monetæ commissus esset hic titulus, quam Juliæ, cuius ut numi nobilioribus etiam resplendent, ita feminam regnandi avidam ex historicis eam novimus.

Epigraphe & caput idem.

CONCORDIA FELIX. *Augustus cum uxore dextras jungit.*

R. C. Ariostii.

Eodem jure hic monetariorum errorem excusare possum, quo Vaillantius in Severo pag. 225. inscriptionem *Princ. Inuent.*, scilicet conjugii Caracallæ (in hujus enim monetis typus hic, & epigraphe se obferunt) cum Plautilla initi memoriam in numis matris renovatam esse. Nec huic, nec superiorem numum apud laudatos compilatores reperies.

IVLIA. DOMNA AVG. *Caput simile.*

FECVN DIT AS. *Mulier sedens cum infante in gremio, adstante parvula figura alia.*

R. ex eodem museo.

Numum similem possidet museum de France, ambo rariores mihi videntur illo, quem Vaillantius laudat pag. 234., et si plures icunculæ ibidem repræsentantur, atque id propterea, quod id signum jam inter argenteos bis in prima Mediobarbi editione descriptum, nostrum vero est nuspia.

Epigraphe, & caput idem.

FELICIT. TEMPOR. *Vas ornatum spicis & papaveribus plenum.*
R. ejusdem musei.

Nullus hujus typi ullo in metallo seu sub Julia, seu sub Severo & filiis haec tenus cum sit proditus, præstantioribus eum ad censem; quam frumentariæ rei studiosus fuerit Severus, jam ex Spartiano prodidit Vaillantius pag. 217.

I V L I A . A V G V S T A . *Caput simile.*

FVNDA TOR. PACIS. *Imp. togatus stans d. ramum. R. de France.*

Aversa hæc sub Severo quidem exhibetur, uxoris capitii conjunctam non vidimus in hanc diem; an sub hoc regno toties incurri fuerint monetarii? Ægre id mihi persuadeo, mallem adulacionem subesse, qua ejus capitii, quam matrem castrorum nominaverunt, etiam res præclaras ab augusto velut ejus consiliis, gestas adjungebant, nulla enim hic subærationis subspicio; rarissimis si eum ad numero, reprehensionem non metuo.

I V L I A . P I . F E L I X . A V G . *Caput ejusdem.*

MAT. A V G . M A T . S E N . M . P A T R . *Mulier stans d. bastam, s. pateram.*
R. C. Ariosti.

Cum muliere sedente, ipsa inscriptione aliquantum diversa similem argenteum rarum pronunciavit Vaillantius; quia stans muliebre signum in solo auro nobis adnunciavit Argelati index, rarioibus eum adscribo.

I V L I A . A V G V S T A . *Caput idem.*

MATER. D E V M . *Cybele stans d. ramum, s. tympanum sublatum,*
a dextris ad pedes leo.
R. ejusdem musei.

In omnibus, quos conlectores sœpe nominati cum hac inscriptione protulerunt, numis Cybele, ut æstatem condecet, sedens repræsentatur, id quod denario huic singularem raritatem conciliat.

IVLIA. PIA. FELIX. AVG. *Caput simile.*

MATRI. DEV M. *Cybele stans d. tympanum porrectum, s. cubito columnæ nixa bastam ad pedes leo.* *R. de France.*

Idem in Cæsareo & C. Ariosti conditur; cœce nimis hic Vaillantium secutus est editor Romanus, qui cum istiusmodi quidem inscriptione in numorum fronte imaginem præfixit, qui tamen numus in reliqua serie non adtingitur; quia pro imaginibus rariores alias selegit eruditus Gallus, arbitror ab eo aureum illum numum destinatum fuisse, quem Mediobarbus adnotavit, et si haftam pictor omiserit. Quos hic commemoravi argenteos, nuspian leges.

IVLIA. AVGVSTA. *Caput illius.*

PIETATI. *Mulier stans d. demissa, s. thuribulum.* *A. de France.*

Aureos hujus augustæ non obvios jam Vaillantius pronunciauit. Summa raritate conspicuos hic augere debet, cujus seu inscriptionis, seu typi apud compilatores ne minimum vestigium reperitur.

Epigraphe & caput idem.

ROMÆ. AETERNAE. *Roma sedens, d. Victoriam, s. bastam, ad sellam clypeus* *R. C. Ariost.*

Etsi sub augustis alijs cælatum signum & epigraphe ultra vulgus numeros non extollunt, quia tamen hæc rarius in matronarum monetis, atque ante hanc Iuliam in nullius alterius se obferunt, vel hoc ipso ex capite laudem jam haberet numisma præfens, huic si adjicis, in solo aureo hactenus hunc aversæ typum apud Mediobarbum adnotatum fuisse, rarioribus adscribendus est.

IVLIA. DOMNA. AVG. *Caput simile.*

SACVL. FELICIT. *Luna crescens inter septem triones.*

R. C. Caroli Auersperg.

Alter similis cum epigraphe *Sæcul. Felic.* inter cimelia Comitis Ariosti ex eodem metallo conditur, uterque rarissimi laudem meretur, quod in nullo in hanc diem metallo hujus augustæ cælata hæc vidi-
mus; neque commemini, me in monetis alterius inlustris feminæ epigraphen satis huic sexui communem astris indicatis conjunctam fuisse.

I V L I A . A V G V S T A . *Caput Domnæ.*

V E N V S . F E L I X . *Dea stans d. pomum, s. hastam.*

R. Can. S. Floriani.

Duos cum hac inscriptione retulit Mediobarbus argenteum unum, æneum alterum, in utroque tamen seminarum more pepli conponendi labore distinetur dea, quæ apud nos hastam sustinet. Difcrimen id rarissimum non editos inferit.

Quia numis abundamus præstantia sua conspicuis, nolebam duos, qui alphabeti ordine consequentur, ex museo C. Ariosti cum epigraphe: *Venus genetrix* peculiari titulo proponere, quod apud Mediobarbum adnotantur; pondus tamen singulare ab inlust. compilatore non editum, videbatur mihi observationem mereri; is, qui sine Amore est, drachmam & gr. 23., qui cum eo, ultra drachmam gr. 31. adpendit, quod insolitum pondus, si denarii sunt illi, quos Mediobarbus recensuit, his etiam peculiarem laudem conciliat.

Epigraphe &c caput idem.

V E N V S . V I C T R I X . *Venus pectori obversa seminuda d. extensa galeam, s. cubito columnæ nixa cum ramo, ad pedem d. aliquid loricæ simile.*

R. Alter similis.

Epigraphe eadem: verum ad pedem d. Amor, ad columnam bumi thorax.

R. ambo C. Ariosti.

Æneum unicum in Argelati editione reperi hac inscriptione infi-
gnem, typo tamen admodum vulgari, quippe dea Victoriolam d., s.
hastam retinens in sella repræsentatur. Duo hi & metalli pretio, &
signorum frequentia ita præstant, ut rariores haberi debeant.

IVLIA. PIA. FELIX. AVG. *Caput illius.*

VESTA. *Quatuor figuræ majores cum duabus minoribus sacrificant præ templo rotundo, in quo statua, aut figura alia.* *A. Cæf. Vindob.*

Ejusdem metalli numum similem, qui apud Mediobarbum non legebatur, raritate & elegantia insignem laudat Vaillantius, noster breviore epigraphe, absente scilicet titulo: *Mater*, differt, neque in catalogo indicato reperitur; iisdem proinde encomiis dignus.

IVLIA. AVGVSTA. *Caput idem.*

VESTA. MATER. *Templum rotundum, cum statua in tholo, & altera in templo, præ quo velatae duæ mulieres ad aram luculentam, quarum altera capedunculam, altera pateram tenet.* *AR. ejusdem musei.*

Denarium ita inscriptum ex museo Rothelin Vaillantii conlectioni adjecit Baldinius de riorum & elegantiorum numero, ut ipse pronunciat, verum cum iisdem templi adjunctis sola ibidem, ut vult, Iulia sacrificat; vestalem dum noster adjungit, rarissimi pretium promeretur.

Epigraphe, & caput simile.

Inscriptio eadem. *Vesta sedens d. Palladium, s. bastam transversam.*
AR. C. Ariosti.

Quia cum hoc typo, & addito *Matris cognomine*, nullus in postrema etiam Mediobarbi editione ullo in metallo obcurrit, raris est adscribendus.

Epigraphe & caput idem.

VOTA. VSCEPTA. XX. *Sacerdos ad tripodem sacra faciens.*
AR. de France.

Rarissimus hic, qui in omni metallo tam apud Mediobarbum, quam Vaillantium abest, ne quid tironibus obturbet velut chronologæ adversus, quia nec Severus, nec Caracalla x x. annum Trib. potestatis adtigere, sciendum: **v o t a . x x .** suscepta fuisse, dum decennalia solverentur, sicut hæc suscipiebantur sub aditum Trib. potestatis.

statis. Liquet id ex numis Pupieni, Balbini, Maximini, AEmilia-
ni, aliorum cum epigraphe : *Votis decennalibus*, et si horum nemo
quartum imperii annum sit adsecutus; tum inde quia in numis Anto-
nini Pii legimus SOL. DECEN. II. & SVSCPTA DEC. III. cum
eadem TR. P. XXII. Id ambiguum manet, an Domnæ numus V. C.
anno 956., quo Severus, an vero anno 960., quo Caracalla decen-
nium exegit fatus fuerit, ad priorem tamen referendum esse proba-
bilius existimo, etiam ob illud, quod similes Severi typi obcurrunt.

IOT'IA. ΔΟΜΝΑ. ΣΕΒΑΣΤΗ. *Caput illius.*

ΜΗΤΡ. - - - KAICAPIAC. *Venus callipyga stans s. cubito
columnæ nixa hastam, d. protensa galeam, in area ΕΤ. Ε. R.C. Ariosti.*

IOT'IA. ΔΟΜΝΑ. *Caput simile.*

KAICAPIA. *Venus vestita stans d. hastam, s. pomum, in area
ΕΤ. Ε. R. ejusdem musei.*

Unum Cappadocicæ hujus urbis cum eadem anni V. nota numerica
ediderat Vaillantius; ambo nostri elegantibus typis a signo Fortunæ
in illius denario repræsentato, non sine aliquo etiam inscriptionum
discrimine differunt, et si ab ætate aliquid passi sunt, eandem tamen
rariorum laudem promerentur.





ANTONINVS. PIUS. AVG. *Caput Caracallæ laureatum.*

AVGVSTI. *infra cos. Caracalla cum patre sedens in substructione adstantibus duabus figuris, quarum anterior virgam longiorem.*

A. Cæs. Vindob.

Raram hanc epigraphen cum similibus signis in ære medio solum vidit eruditus præstantiorum numismatum collector Gallus T. I. edit. Rom. pag. 112., eumque rarioribus adcessuit; in nobiliore metallo nec Mediobarbo, ejusve postremo editori, nec Baldinio id obtigit. Quem tribus ante mensibus a patre & exercitu obtinuerat anno V.C. 951. Augusti titulum, is post calendas Junias cum tribunitia potestate ei confirmatus est ab senatu, atque ad hoc festum referri debet nūmus rarissimus, argenteus ejusdem fere pretii a posteris detegetur.

IMP. ANTONINVS. AVG. *Caput idem.*

FIDEI. MILITVM. *Mulier stans d. extensa vexillum, s. signum militare transversum.* *R. C. Ariosii.*

Si ex parentis numis conjecturam capere licet, præsens ad annum V. C. 956. pertinet, quo inter æneos Severi cum Trib. Pot. xii. inscriptio quidem profertur, typo tamen admodum diverso. Quia in omni metallo hactenus aberat, inter rariores excellit.

ANTO-

ANTONINVS. PIUS. AVG. *Caput simile.*

FVNDAOTOR. PACIS. *Imp. togatus & velatus stans d. ramum.
AR. ejusdem musei.*

In Severi sōlius numis magnificentum hunc titulum habemus, forsan post victoriam Parthicam percussis, qui filio jam imperii conlegæ etiam adhibitus fuit ab adulantibus monetæ præfectis.

Epigraphe, & caput idem.

PACATOR. ORBIS. *Caput Orientis.*

AV. Cæs. Vind.

Nec inter parentis monetas aurea istiusmodi a quoquam est produc̄ta, et si argenteas utriusque post Ctesiphontem captam cufas, habemus, atque illam Caracallæ quidem rarissimos inter numos a Vaillantio adscriptam, hinc quid aureo nostro laudis debeatur, fatis liquet.

Antica omni ex parte eadem.

PONTIF. TR. P. X. COS. II. *Imp. eques decurrentis d. bastam.*

AR. C. Arioſti.

Æneum solum hujus & quoad epigraphen, & quoad signum similem ex museo Cavotortæ Veneti adnotavit Mediobarbus; ex rario-ris hujus numi epigraphe, in qua solum PONTIF. cum Trib. Pot. x. conjungitur, corollarium aliquod deducere placet, quod antiquariis, qui etiam tirocinium sunt egressi, perutile esse potest. Novimus, ægre non nunquam Caracallæ & Elagabali vultus discerni, fallax criterium aliqui ex titulis *Pius* & *Felix* subgesserunt, cum & in Caracallæ numis obcurrat *Felix*, & in Elagabali monetis non nunquam solum *Pius*.

En certa duo: Caracalla nunquam legitur P. M. ante Trib. Pot. **XIII.** nempe post Severi mortem, quia usque ad Balbini & Pupie- ni tempora solus senior augustus summum in sacra jus habuit. Ela- gabalus contra sub aditum imperium illico *Pontifex maximus* scribi- tur. Alterum est, Caracallam non nisi cum Trib. Pot. **III.** primum consulatum adivisse, nec alterum gessisse ante Trib. Pot. **VII.**, Ela-

gabalum vero ita primo anno Trib. Pot. consulatum conjunxisse, ut cum Trib. Pot. IV. etiam cos. IV. legatur.

Epigraphe & caput idem.

P O N T I F. T R. P. X I. C O S. I I I. *Imperator in quadrigis.*
R. musei ejusdem.

Triumphalis hic adparatus ad victoriam Britannicam per duces partam respicit. Etsi typus singulare nihil objicit, quia tamen cum hac epocha in nullo metallo reperitur, rariores præstantia superat.

Idem caput, & inscriptio.

Epigraphe eadem. Severus in substructione sedens inter filios.

R. de France.

Ob vota decennalia soluta largitionem aliquam populo ante aditum iter Britannicum factam arguit hic numus, nisi consulatum filiorum utriusque, atque Getæ etiam tribunitiam potestatem conlatam a patre, confessus hic indicat; ob eandem cum superiore rationem rarissimos inter conlocandus.

A N T O N I N V S. P I V S. A V G. B R I T. alter P I V S. F R L. A V G. *Caput laureatum Caracalla.*

P. M. T R. P. X VI. C O S. I I I I. P. P. *Hercules nudus stans d. ramum s. clavam cum exuviis leonis.* *R. C. Ariostii. Alter similis.*

Ambos hos numos rarioribus merito adscribo, quod nullum apud Oœconis continuatores hac Trib. Pot. nota insignem, qui Herculem exhiberet, invenio; anno superiore adnotatur dei fere similis statua. Cum tribus continuis annis, ut sequens numus docebit, typus hic redeat, pene adseverare ausim, Caracallæ statuam Herculis forma positam ob ea, quæ Herodianus: πολύευνος ἵποχειας καὶ θηρίων παντοδαπῶν συσαδὸν ἀναιρέσεις. Corpus exercebat aurigando, cæden-disque cominus omnis generis bellus.

A N T O N I N V S. P I V S. A V G. G R M. *Caput simile*

P. M. T R. P. X VII. C O S. I I I I. P. P. *Typus similis.*

R. Can. S. Flor.

Germanici titulum anno V. C. 966. adsumperat Caracalla, id miror, cognomen a victa gente deinceps ab eo retentum fuisse ob ea, quæ Herodianus, cuius longiorem sententiam Latine hic subjiciam, scribit: *Ceterum Germanos ultra Danubii ripam fitos omnes sibi adjunxit, atque in eam amicitiam conciliavit, ut ex his bellorum socios, & custodes corporis validissimum quemque & pulcherrimum sibi adsciverit. Sæpe etiam Romano cultu deposito vestem Germanicam induerat ----- etiam flavam capiti cæsariem inponens ad modum tonsuræ Germanicæ, ob quod leti barbari mirifice eum diligebant.* Numus omni in ære abest ex Argelati editione.

Epigraphe, & caput idem.

Epigraphe eadem. Apollo seminudus sedens d. ramum protendens, s. lyræ tripodi inpositæ innexus.

R. C. Ariosti.

Numus hic solum cum Trib. Pot. XVIII. & æneus quidem, neque nitide satis, stetne, an se debeat Apollo, in Mediobarbi compilatione indicatur; dum ejusdem typi aureum felicius aliquod museum rario-ribus adnumerabit, raros inter argenteo nostro locus esse debet.

Antica pars cum superioribus numis consentit.

*P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Sol in quadriga equorum.
A. Cæs. Vind.*

Ad expeditionem in Mesopotamiam numum hunc refiero, atque de rioribus unum pronuncio, quia in laudatis indicibus argenteus fo-
lum recensetur.

Epigraphe eadem, caput radiatum.

*Epigraphe eadem. Leo capite radiato gradiens ore fulmen gestat.
R. Majusculus C. Ariosti & Can. S. Florian.*

Ut merito leonem hunc cum Trib. Pot. viiiii. & xx. inter ar-
genteos obvios retulit Vaillantius, ita cum nota anni anterioris,
cum qua abest undique, rioribus adcensendus est.

Epigraphe, & caput idem.

Epigraphe eadem. Luna in bigis boum, d. babenas.

R. Majusc. Can. S. Flor.

Similem hujus metalli numum cum Trib. Pot. xx. solum produxit Vaillantius, museum C. Ariosti aliū cum Trib. Pot. xviii. ejusdem molis subpeditat, ambo hi a rariorū numero, quia etiam cum Mediobarbi continuatore Cl. Baldinium fugerunt, excludi non possunt.

Epigraphe, & caput idem.

Inscriptio eadem. Sarapis stans d. elata s. bastam. Ejusdem cum superioribus molis: alter similis, denarii magnitudine. R. Can. S. Flor.

Non mirum videri posset, in Caracallæ moneta Ægyptium numen signatum, qui Alexandrinos jam inde ab Augusto senatu exclusos non solum in hoc venerabile conlegium admisit, sed Cæranum hominem Ægyptium sub parente exilio multatum sine præviis inferiorum munerum gradibus ad consulatum elevavit. Adtamen probabilius ob adnotatam tribunitiam potestate ad stragem illam referendus est typus, quam V. C. anno 969. Alexandriæ edidit, de qua ad senatum scribere non erubuit: ἐν τῷ τεμένει διαιλόμενος in templo Sarapidis degens, οἳ, ἕγγυεσεν ἐν ἀὐλāις, ἐν αἷς τάτε βοσκήματα ἄμια τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ἀθρώπους ἐν ἀὐλᾷ ἔθεν. Lustratum se fuisse iis diebus & noctibus, quibus cum pecoribus homines deo mactaverat. Persequuntur excerpta ex Dione Valesii pag. 757. Οἳ, καὶ τὸ Ξίφος, δὲ οὐ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκλόνει, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. Pugionem, quo fratrem occidit, Sarapidi dedicavisse. His adde adulationem ejus temporis, & rem confectam habebis. Unicum in Mediobarbi catalogo argenteum cum hoc signo procusum, sed Trib. Pot. xv. notatum reperi. Prior noster ob molem rarer est altero.

ANTONINVS. PIUS. AVG. Caput simile.

PRQE. PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Imp. eques d. bastam.

R. ejusdem musei.

Ad profectionem cum patre in Britanniam pertinet postica præsentis, quia a tribus differt, quos Mediobarbus pag. 289 inter argenteos recenset, quorum primum tamen Vaillantius pag. 250. raris adnumeravit, idem pretium huic denario tribuendum est.

A N T O N . P . A V G . P O N . T R . P . V . C O S . *Caput laureatum.*
P R O P A G O . I M P E R I . *Caracalla & Plautilla dextras jungunt.*
A. Cœf. Vind.

Ante IV Nonas Junii anni V. C. 956. post triumphalem ex Parthia reditum ductam a Caracalla fuisse Plautillam, alio & novo arguento, quam ille apud Vaillantium pag. 255 conprobat, quare, quia in omni ære abest, rarissimum eum Vaillantii singulari elegantia superat.

I M P . C A E S . M . A V R . A N T O N . A V G . *Caput simil.*
S E C U R I T . O R B I S . *Mulier sedens d. reclinata facem, ad pedes ara.*
R. Can. S. Flor.

Argentei cum hac aversæ epigraphe meminit Argelati index pag. 287., verum tam adversæ inscriptio, quam Securitatis repræsentatio alia est, nihil de ara, aut face commemoratur, quæ adjuncta præclarum hunc numum rarioribus inserunt.

A N T O N I N V S . P I Y S . A V G . G E R M . *Caput corona radiata cinctum.*
V I C T O R I A E . A V G . *Quadrigæ aurigante Victoria, quæ d. lauream s. ramum gerit.*
R. Majoris forme. C. Ariosti.

Benignior nobis fuit Monetarum media, quam sorores, etenim ad hanc diem nullo in metallo similem proditum novi, raritati huic si pondus 2. drach. adjicis, victoriæ germanicæ testimonium rarissimum atque elegantissimum habebis.

Epigraphe eadem, Caput laureatum.
V I C . P A R T . P . M . T R . P . X X . C O S . I I I I . P . P . *Imp. stans d. globum s. bastam, præ pedibus captivus sedens; coronatur a Victoria adstante s. ramum.*
A. Cœf. Vind.

Similem argenteum rarioribus ad censuit Vaillantius, qui nuspia
editus est aureus tam huic prestatbit, quam narrationi Spartiani de
tumultuaria aliqua, & ex insidiis capta pugna, prestat Dionis de
de eadem expeditione historia.

A N T O N . P . A V G . P O N . T R . P . V I I . *Caput idem.*

V I C T O R I A . P A R T H I C A . M A X I M A . *Victoria gradiens d. fertum,
s. palmæ ramum.* *Ar. de France.*

Tam adversæ, quam aversæ inscriptio solum cum Trib. Pot. VI.
eodem in metallo se obfert, nulla consequente anno victoriæ jam
ante triennium vivo patre relatæ ullo in ære memoria in monetis
Caracallæ, ob quod ipsum singulari raritate conspicuus est adcen-
fendus.

A N T O N I N V S . P I V S . A V G . *Caput simile.*

V O T . S V S C . D E C . P O N . T R . P . V . C O S . *Vir togatus, & ve-
latus ad tripodem sacrificat.* *Ar. C. Ariosti.*

Ad decennalia patris referendum numum non una ex ratione docet
epigraphe, quia tamen nullus, idque omni in ære, seu in Medio-
barbi postrema, seu in Baldinii editione profertur similis, insigni
raritate est conspicuus.

Epigraphe, & caput idem.

V O T A . S V S C E P T A . X X . *Imp. sacrificans ad tripodem adstante tibi-
cine, & victimario.* *Ar. Cæs. Vindob.*

Eundem possidet ditissimum museum Comitis Ariosti. Per superius
dicta ad numum Juliæ matris erraverunt hic Occonis continuatores,
qui numum inscriptum: *Vota suscepta X. anno V. C. 960.* adtribue-
runt. Felicitatis fane peculiaris est, tertium me jam in eadem Se-
veri familia cum epigraphe simili ex museis Austriacis producere
potuisse. Illi, quem cum *Votis solutis Dec.* rarissimum habuit Vail-
lantius pag. 253. multum prestat.

A T T. K. M. A. ANTΩNINOC. CEB. *Caput laureatum.*
ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤΟC. TO. B. *Aquila expansis alis rostro sertum tenens, infra pedes astrum.* **R.** Maj. *Formæ de France.*

Nullum Aradiorum numum sub Caracalla prodidit Vaillantius; duo hic dubia suboriri possent, quorum primum: an non legendum potius ΤΠΑΤΟ. ΕΤΟ. B; alterum quomodo annus Caracallæ II. potestati tribunitiæ conjunctus cum paullo superius de discrimine inter Caracallam, & Elagabalum dictis consentiat. Ad utrumque simul respondeo: non solum certum hic Caracallæ vultum, sed etiam epigraphen summo studio inspectam iterum persuadere, numisma ad annum V. C. 964. referendum, quo altero jam post patris mortem imperio præerat senior augustus.

A T T. KAI. ANTΩNINOC. CEB. *Caput idem.*
ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤΟC. TO. Δ. *Aquila stans alis expansis rostro coronam.* **R.** C. Ariosti.

Vrbs Græca, quæ hunc numum flavit, absentibus ad aquilam attributis, definiri nequit, id certum ante annum V. C. 966 cusum non fuisse, quo quartum consulatum inicit. Rarioribus est adnumerandus.

A T T. K. M. A T P H. ANTΩNINOC. *Caput simile.*
ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCAP. ΕΤ. IA. alter IΘ. *Mons Argætis imminentे astro.* **R.** C. Ariosti.

Uterque hic rarus numus cum anno x i. & x ix. chronologiam Cappadocicam Vaillantii aliquantum compleat, qui tres Mazacæ numeros cum aliorum annorum notis, scilicet x ii., x vi. & x vii. nobis dederat.



PLAUTILLÆ. AVGVSTAÆ. Caput uxoris.
CONCORDIAÆ. Mulier sedens d. pateram s. duplex cornu copia.
A. Cæs. Vindob.

Unicum Plautillæ numum quinque Vaillantii, uno etiam solum ex museo Gothano a Cl. Baldinio auctis adjicere potui; aureos rariores hujus augustæ omnes pronunciavit jam pridem idem eruditus Gallus, nostrum tamen, qui inter argenteos sed cum unico cornu copiæ adnotatur apud Mediobarbum, neuter præstantiorum numismatum editor vidit, quod ipsum eximiae eum raritatis facit.



P. SEPT.



P. SEPT. GETA. PIUS. AVG. BRIT. *Caput Getæ laureatum.*

ADVENTVS. AVGVSTI. *Imp. eques pacificatoris habitu d. extensa,
ſ. bastam demiffam.* R. C. Ariosti.

Solus æneus cum hac epigraphe, sed aversa parte aliter descripta apud Mediobarbum legitur. Ad redditum ex Britannia Severo mortuo pertinet, præstantioribus adnumerandus.

L. SEPTIMIVS. GETA. CAES. *Caput illius nudum.*

MINERVA. *Dea stans d. clypeum ad terram, ſ. bastam.*

R. Can. S. Flor.

GETA. CAES. PONT. COS. *Caput simile.*

Epigraphe eadem, typus fere similis.

R. C. Ariosti.

Argelati catalogus cum solo deæ nomine unicum ex ære nobis repræsentat, ab ambobus illum cum epigraphe Mineru. Sanct. jam apud Occonis continuatores adnotatum, a Vaillantio tamen pag. 260 adsumtum raritate multum superari existimo. De Getæ in literas & literarum studiosos amore jam ea, quæ hic dici possent, præcepit conlector Gallus.

P. SEPTIMIVS. GETA. CAES. *Caput idem.*

MINERVAE. VICTRICI. *Dea galeata gradiens d. bastam torquet,
ſ. clypsum gerit.* R. C. Ariosti.

R

Epigraphe, ut hic descripta est, inter omnes augustorum numos in postrema Mediobarbi editione desideratur; In Pescennii aliquo eam recenset Vaillantius pag. 204. Non indulgentior in thesauros Austriacos videri potero, si elegantissimi laudem ob solam aversam eidem etiam adscribo.

Epigraphe eadem. Caput laureatum.

PONTIF. COS. II. Minerva galeata sedens d. serpentis spiras adripit, qui arbori adstare sui parte inpletitur, s. innititur scuto, cui bubo insidet, & bacillum adtollit. *A. de France.*

Vel inspecta pictura elegantissimi hujus numi, quam præfixi, ita omnium antiquariorum animos adficiet, ut lubentibus subfragiis mihi sint adfensi, eum quantivis esse pretii, atque omnes Getæ numos haec tenus proditos longissime superare. Ad initium anni V.C. 961 referendus videtur, cum ejusdem anni nonis Martii jam tribunitiam potestatem ei pater communicaverit.

Epigraphe & caput idem.

Inscriptio eadem. Mulier stans d. bacillum, s. forsitan cornu copia, pone duo parvuli. *A. Musae ejusdem.*

Æneum fere similem indicat Argelati editio pag. 301., in utroque nobiliore metallo nec a Vaillantii editore visus est haec tenus. Pietatis hoc, ut videtur, signum, quomodo cum Getæ capite congruat, alii viderint, mihi satis est, numum propterea inter rariores eminere.

L. SEPTIMIVS. GETA. CAES. *Caput illius nudum.*

Epigraphe, qua in superioribus. Cæsar stans d. globum, s. sceptrum. *R. Can. S. Floriani.*

Quia nullo in ære typi similis cum hac inscriptione adnotatum invenio, omni jure rariorum numerum augebit.

P. SEPT. GETA. PONTIF. *Caput illius nudum.*

SECVRIT. IMPERI. Mulier stans d. columnæ inponit, s. bastam. *R. C. Caroli Auersperg.*

Denarium eadem inscriptione insignem protulit quidem Mediobarbus, sed cum obvio Securitatis sedentis typo, id quod rarorum numero præsentem inserit.

P. SEPT. GETA. CAES. PONT. *Caput simile.*
SECVRIT. ORBIS. *Mulier sedens d. in sellam capite reclinata, f. bastam, ad pedes panarium.* R. C. Arioſti.

Non conmemini, me Securitatis signum cum panario videre. In nullo Getæ numo hæc epigraphe hactenus lecta fuit; Neve quis putet, tyarium ex monetis patris, aut fratriis adhibitum fuisse, inscriptio hoc modo abrupta in Severi pecunia non reperitur, Caracallæ denarius ita inscriptus adnotatur a Mediobarbo pag. 287, verum situs Securitatis est diversus, abest etiam modius. Quæ omnia, si colliguntur, singularis raritatis numum efficiunt.

P. SEPT. GETA. PIUS. AVG. BRIT. *Caput barbatum &³ laureatum.*
TR. P. III. COS. IL P. P. *Imp. militari babitu stans d. parazonium, f. bastam, d. pede calcat bostem bumi abjectum.* A. de France.

Nec æneus, nec argenteus simili aversæ typo victoriam Britanicam celebravit, præclara fortuna aureus primus in lucem venit, rarissimis citra dubium adscribendus.

Epigraphe eadem, caput laureatum.
Eadem epigraphe. Juppiter semenudus stans d. bastam præpilatam inversam, f. fulmen. R. de Hauern.

Ut hunc primo intuitu nihil admodum commendare videtur, ita omni in metallo absens ad rariorū classē referri debet.



M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. *Caput ejus laureatum.*
COS. II. *Victoria gradiens d. fervum, s. palmæ ramum.*
AV. *Quinarii forma de France.*

Quam brevis epigraphe moli hujus elegantissimi numuli optime con-
gruit, tam eidem rarissimi laudem adfert propterea, quod ne ar-
genteus quidem apud saepe laudatos conlectores adnotatus fuit.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS. AVG. *Caput idem.*
FELICITAS. TEMPORVM. *Mulier stans d. caduceum s. bastam.*
AR. C. Ariosii.

De sua felicitate gaudebant Romani, quod Antonino liberati erant,
ut ex Herodiano hic commemorat Vaillantius, qui denarium cum
eadem inscriptione quidem inter obvios indicat, quod probo de iis
numis, qui signum Felicitatis cum solito suo cornu copiae repræsen-
tant, quales etiam in Occonis catalogo adsunt, ast singulare quid
est, divam cum hasta exhiberi; inter raros reponendus noster.

Epigraphe & caput idem.

PONTIF. MAX. TR. P. COS. P. P. *Salus sedens ad aram, ex
qua serpens adsurgit, quem ipsa d. versus pateram, quam s. tenet,
deprimit.* AR. musei ejusdem.

Æneus ejuscemodi in Argelati editione pag. 306 legitur, nullus ex
nobiliaribus metallis, quæ adjuncta argenteum rarorum numero ad-
censem.

Epigraphe ♂ caput idem.

P. M. T. R. P. II. C. O. S. P. P. *Imp. togatus sedens in sella curuli d. glo-*
bum s. sceptrum. *R. C. Ariost.*

Ut superior tantum in ære haçtenus visus erat, ita præsens solum
 inter aureos adnotatur, quare ejusdem cum superiore est raritatis.

Epigraphe eadem, ♂ simile caput.


VICT. PART. P. M. T. R. P. C. O. S. II. *Victoria gradiens inter duo*
scuta humi stantia, utraque manu fertum solutum. *A. Can. S. Floriani.*

In numum ejusdem metalli cum simili fere aversæ inscriptione pag.
 266. editionis Romanæ error inrepfit, quo in prima descriptione
Victoria gradiens pro *sedente* positum fuit, lapsum typographicum
 ipsa numi subjecta explicatio, quæ ita incipit: *Victoria sedet tan-*
quam firma, indicans bac de causa, pacem fuisse cum Artabano Partbo-
rurum rege factam ♂c., tum Mediobarbi postrema editio docet, ubi
 pag. 307. ad primum numum: *Victoria sedens p̄e manibus clypeum.*
Vaill. Tom. 2. fol. 125. Præmittere hæc debui, ut rarissimo illi,
 ut eum eruditus Gallus pronunciat, nostrum non uno titulo multum
 præstare ostenderem, qui etiam initio Baldinium latuit, atque de-
 dum in *addendis Tom. III. pag. 324.* ex eodem museo laudatur, id
 quod me induxit, ut hunc unicum hic repeterem.

ΑΤΤ. Κ. Μ. ΟΠ. ΣΕΤ. ΜΑΚΡΕΙΝΟC. *Caput simile.*

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΤΠΑΤΟC. Π. Π. *Aquila stans alis expan-*
sis rostro coronam tenet. *R. Max. forma C. Ariost.*

Tyrium aliquem cum nota consulatus III., si tamen is bene lectus,
 quis enim de tertio Macrini consulatu somniabit, inter rariores repo-
 suit Vaillantius, noster etsi urbis, ex cujus officina prodivit, indi-
 cio destitutus, quia ad primum imperii annum pertinere videtur, non
 multo inferioris erit conditionis. Omitto alterum ejusdem musei, in
 cujus aversa intra pedes aquilæ caput bovis, quia admodum bar-
 baræ cælaturæ.



M. O P E L. D I A D V M E N I A N V S. C A E S. *Caput radiatum.*

P R I N C. I V V E N T U T I S. *Cæsar ueste militari stans d. sceptrum s. bastam puram, a tergo duo signa militaria.* *AR. majuscule. C. Ariosii.*

Et mole, qua drachmam granis sedecim superat, & typo aversæ partis, qui in aliis editis non se obfert, rariorū numero adcen-feri meretur.

Epigraphe eadem, caput nudum.

Eadem inscriptio. Cæsar simili babitu stans d. signum militare aliquan-tum inclinatum s. bastam præpilatam inversam. *AR. musei ejusdem.*

Aureum hunc, ut ejus metalli omnes cum hoc capite sunt rarissimi, elegantia & raritate insignem existimavit Vaillantius, argenteum nec ille, nec ejus continuatores viderunt.

M. O P E L. A N T. D I A D V M E N I A N. C A E S. *Caput nudum.*

Epigraphe eadem. Cæsar stans d. signum militare, s. bastam.

AV. Quin. Cæs. Vind.

Quum aurei hujus cæsaris ex sententia Vaillantii rarissimi sunt om-nes, peculiarem laudem hic a minore mole sibi vendicat.

M. OΠ. ANTWNINOC. - - - - *Caput simile.*

ΔΗΜΑΡΧ. Ε Σ. ΤΠΑΤΟC. ΤO. A. *Aquila stans alis expansis rostro coronam.*

R. Max. mod. C. Ariosti.

Nullum Syriacum aut Vaillantius, aut Baldinius producere potuit. Rarissimus hic numus et si nullum urbis indicium præbeat, Apameæ tamen tribui poterit, ubi Diadumenianus altero imperii anno, quamvis decennis, augustus a patre renunciatus fuit.





IMP. CAES. ANTONINVS. AVG. *Caput Elagabali laureatum.*

FIDES. EXERCITVS. *Mulier sedens s. signum militare, d. cui ali-
quid aviculae simile insidet, porrigit versus alterum signum militare.*

A. de France.

**Adest quidem tam inter aureos, quam argenteos Mediobarbi hæc
inscriptio, verum signis posticæ partis a nostro diversis, præcipue
ob illud, quidquid demum sit, quod d. tenet, quod uspiam me ob-
servare non memini. Discriben hoc singulare in rariorum classem
eum promovet, mihiique persuasit, ut quam adcuratissime cælatum
in fronte proponerem.**

IMP. ANTONINVS. AVG. *Caput ejus radiatum.*

IOVI. CONSERVATORI. *Juppiter nudus stans cur' n pallio d. fulmen,
s. bastam puram, ad pedes aquila, ad latus duo signa militaria.*

R. majusc. C. Ariosti.

**Unicum signum militare in simili adnotavit Mediobarbus, ad duo,
quæ in nostro videntur, magnitudo & pondus granorum 20 supra
drachmam adjectum non vulgarem raritatem numo conciliat.**

Epigraphe eadem, caput laureatum.

LIBERALITAS. AVG. II. *Mulier radiata stans d. tesseram, s.
cubito innititur alicui instrumento, forsan cornui copiae.*

R. mus. ejusdem.

Quia

Quia ita cælatam Liberalitatem in nullo numo me videre conmemini, neque similis typus in laudatis catalogis adest, raris adnumerandus est denarius anno V. C. 972. cusus ob factam in nuptiis cum Cornelia Paula largitionem, ut alium cum simili inscriptione numum præclare inlustravit Vaillantius.

I M P. A N T O N I N V S. P I V S. A V G. *Caput idem.*

L I B E R T A S A V G. *Mulier stans d. pileum s. bastam, in area astrum.*

R. de France.

Nullum, qui eandem epigraphen typo huic conjunctam haberet, Argelati index prodidit; ejusdem cum superiore est pretii.

I M P. C A E S. M. A V R. A N T O N I N V S. P. F. A V G. *Caput simile.*

T R. P O T. II. C O S. II. P. P. *Imp. in curru quadrijugo d. ramum. s. aquilam.*

A. Cæſar Vind.

Duos numos aureum unum, alterum argenteum, ad processum duorum consulatum IIII. scilicet & IV. vulgaverat Vaillantius, pompa hæc pro consulatu II. hactenus tam in auro, quam argento desiderabatur, defectum hunc aureus noster de rarioribus aliquis feliciter subplet.


sic.

A T T. M. A. A N T H N E I N O C. *Caput laureatum.*

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΠ. ΤΠΑΤΟC. ΤΟ. Β. *Aquila stans alis expanjis rostro coronam; in area Δ. Ε. & astrum.*

R. Max. form. C. Ariostii.

An astrum in area cælatum Aradum urbem indicet, an ab adulante alia ob deum Elagabalum percussum fuerit, ob alias Romani commatis numos dubitari possent. Quidquid de hoc sit, quia Vaillantius Græcum nullum prodidit, raros inter noster locum habere minimum debet.



JVLIA PAVLA. AVG. *Caput uxoris prima.*

CONCORDIA. *Mulier sedens d. pateram, in area astrum.*

A. Cæs. Vindob.


Aureos omnes ex merito rarissimos dixit Vaillantius, hunc tamen, quam simplex est, nec ille nec ejus, aut Occonis continuatores viderunt, apud hos argenteus ejuscemodi est proditus. Eadem, qua primus Vaillantii, inter rarissimos prærogativa gaudet.

Epigraphe & caput idem.

FOR TVN. FELIC. *Mulier sedens d. globum, s. cornu copia.*

R. C. Ariosti.


Tres hujus augustæ numos ne uno quidem Cl. Baldinius augere potuit, musea Austriaca alterum hic subpeditant, et si argenteum, rarissimum tamen, quia cum hac aversæ & inscriptione & typo nullus unquam comparuit.



IVLIA. A QVILIA. SEVERA. AVG. Caput uxoris alterius.
VESTA. Dea stans d. ramum s. bastam. AR. Cæs. Vindob.

Ubi duos solum hujus principis feminæ numos, quorum primus in eodem museo adest, cum aliquo encomio dedit eruditus Gallus, unum etiam adjecisse non parvi est momenti. Fateor quidem, eum subærationis speciem præbere, verum id minime prohibet, eum inter rariores adscribere, quia in notis indicibus non reperitur.





ANNIA FAVSTINA. AVGVSTA. *Caput uxoris tertiae, in area astrum.*

IMP. ANTONINVS. PIVS. AVG. *Caput Elagabali laureatum.*
A. de France.


Si uspiam hic enim aliquantum superbio; Nullum Anniae nummum protulit Vaillantius, unum quem singularem & usque modo unicum argenteum voluit, Baldinius edidit, aureum, cuius metalli nec erudito Italo visus est aliquis hic fisto, & ejus quidem generis, qui historicis tacentibus maritum proderet. Confidenter hunc unicum atque exquisitissimæ raritatis pronuncio.

ANNIA FAVSTINA. AVG. *Caput in luna bicorni.*

PIETAS. AVG. *Mulier stans ad aram d. extensa f. acerram.*

R. C. Ariosti.

Aureo præstantissimo argenteum subjicio, solo metallo inferiore, quem enim rarissimum dixit Baldinius, is saltem in ære adnotatus erat in Argelati editione, præsens nulli se in conspectum dedit.



I V L I A. M A E S A. A V G. *Caput aviæ Elagabali.*

I M P. A N T O N I N V S. A V G. *Caput nepotis laureatum.*

R. Cæs. Vindob.

Scœmiadis ævædolov nullum reperi, nec unico etiam adjecto duos Vaillantii auxit editor Romanus; dum me solatur, primum illum cum Antonini capite elegantia & singularitate conspicuum, ut Parisinus antiquarius loquitur, in gaza Cæsarea adservari, defectum hunc qualemcumque quatuor monetis Mæſæ compensabo, atque primum quidem præsente, qui sane paullo ante laudatum Scœmiadis nūmum raritate superat.

Epigraphe eadem. Caput illius in luna falcata.

P I E T A S. A V G. *Mulier stans ad aram luculentam d. expansa s. acer-ram.*

R. majusc. C. Ariostii.

Epigraphe hæc cum signo Pietatis inter æneos tantum adnotatur apud Mediobarbum, quare merito etiam ob molem rarioribus adnume-randus singularis numus.

Epigraphe similis. Caput Mæſæ.

S A B C V L I. F E L I C I T A S. *Mulier stans ad aram d. pateram, s. caduceum longioreum, in area astrum.*

R. Quin. C. Ariostii.

Editus quidem tam apud Mediobarbum, quam in Romana editione est hic denarius inter vulgares conjectus, verum sicut alter cum effigie & inscriptione Pudicitiae, licet inter denarios in Argelati indice notatus, non obfuit, quin ejuscemodi quinarius, quo unico duos Vaillantii auxit, rari & elegantis encomium a Cl. Baldinio promeretur, eandem nostro æquitatem inpendi volo.

Inscriptio & caput simile.

V E N U S. V I C T R I X. Dea stans d. Victoriolam, s. cubito clypeo nixa,
qui globo est inpositus, & bastam transversam. R. musei ejusdem.

Per omnes tres Monetas nullum similem invenies, quare, et si venuæ cum Venere victrice parum convenit, ad rarissimos quam proxime adcedit.





IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput ejus laureatum.*

ANNONA. AVG. *Mulier stans d. ictuonem ad globum, s. panarium cum frugibus eodem pede proram navis premit.* **R.** C. Ariostii.

Eiusdem epigraphes quinario elegante & raro patrimonium a Vailantio obtentum ampliavit Cl. Baldinius, verum typo cum ab hoc, tum ab omnibus aliis apud Mediobarbum adnotatis differt hic propositus, quod in ea frequentia æneorum rarum est admodum. Exlicationem jam præcepit pro suo Italus editor. Rariorum inter non editos classem meretur noster.

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput idem*

FECUND. AVGUSTAE. *Mulier stans. d. extensa ad puerulum, s. cornu copiae.* **R.** ejusdem musei.

Errore monetariorum hic aversæ typus inter monetas Mammææ matris filii capiti conjunctus nihil de ejus raritate detrahit.

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput laureatum.*

IOVI. STATORI. *Juppiter nudus stans d. bastam, s. fulmen.* **R.** Can. S. Flor.

Rarum est admodum, Jovem fulmen s. tenere, rarius illud, nullum seu apud Vaillantium, seu apud Occonis continuatores cum hac, ceterum satis usitata, epigraphe reperiri, ut adeo, qui primo

obtutu vulgaribus adnumerari ab incurio potuisset, rarioribus fit ad-
censendus.

Epigraphe eadem, caput simile.

IVLIA. MAMAEA. *sic Avg.* *Caput matris.* *R. Cæs. Vind.*

Aureum cum matris capite inter Mammæ monetas secundo loco
protulit Vaillantius, atque matris in filium autoritatem ex Herodia-
no demonstravit; argenteum, qui undique abest, dignitatis ejusdem
existimo, si inter monetas filii reponitur, scilicet eximiæ raritatis &
præstantiæ.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput simile.*

LIBERALITAS. AVGUSTI. *Mulier stans d. tesseram, s. cornu copia.* *A. de France.*

Cum alia congiaria suis numeris diligenter notata sint, ad primum per-
tinere videtur, cuius obcazione cum hac epigraphe, et si communi
signo, flatus numus nullo in metallo in laudatis alias catalogis repe-
ritur, quæ nostrum ad rariores saltem promovent.

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput idem.*

LIBERALITAS. AVG. IIII. *Typus idem.* *R. Quin. C. Ariosti.*

Ad annum V. C. 982. hujusmodi denarium etiam ex argento inter
elegantiores reponendum protulit Vaillantius, quid de elegantiore
quinario fiet aliud, quam ut eum rarissimis proximum constituam?

Epigraphe, & caput idem.

LIBERALITAS. AVG. *V.* *Typus idem* *R. Cæs. Vind.*

Dolendum in hoc numero tribunitiam potestatem non adscriptam, ut
de anno, quo congiarium datum est, certiores redderemur, Vail-
lantius quintam largitionem anno 985. V. C. adfigit, quo triumphus
Perficus actus, id quod Lampridii testimonio confirmat, ast aver-
sa epigraphe, qua duo augusti indicantur, nisi quis lapsum velit
monetarii cælatoris, vel ad annum 981., vel potius ad annum 986.
quo

quo Alexander Ovinium Camillum conlegam imperii adsumisset teste eodem Lampridio. Alterutrum certo ex rariore & unico hoc numo intulisset Tillemontius, qui frustra in Occonis & Mediobarbi numis AVGG. quæsivit, vide ejus *Notam VII. in Alex.*

IMP. ALEXANDER. PIUS. AVG. *Caput simile.*

LIBERALITAS. AVG. V. *Typus similis.* *R. Perini de Hauern.*

Aureum similem, qui apud Occonem non legebatur, rarissimis adscriptis Vaillantius, quem nec in postrema Argelati editione reperio deterioris conditionis esse non patior.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput idem.*

LIBERTAS. AVG. *Signum Liberalitatis, ut in superioribus.*

R. Cæs. Vindob.

Errori scalptoris monetarii, qui ad signum, cui inscriptionem parabat, minus attendit, aut vocabulorum simili initio deceptus est, raritatem suam debet.

IMP. ALEXANDER. PIUS. AVG. *Caput laureatum.*

MARS. VLTOR. *Mars militari babilu gradiens d. bastam, s. clypeum.* *R. Can. S. Floriani.*

Nec in argento, nec in ære similis moneta comparuit hactenus, aurea apud Mediobarbum pag. 320. folum indicatur.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput idem.*

P. M. TR. P. COS. P. P. *Mars galeatus stans d. ramum s. bastam.*

A. de France.

Quia Martis paciferi signum sub hoc imperatore atque cum his temporis notis in argenteo tantum nummo est proditum, rarioribus noster est adnumerandus.

Epigraphe, & caput idem.

P. M. TR. P. II. COS. P. P. *Mulier stans d. ramum s. bastam.*

T *A. ejusdem musei.*

Satis quidem obvium hunc typum omnes tres Monetæ anterioribus compilatoribus obculuerunt, qui primum in lucem emergit aureus, ejusdem cum superiore est raritatis.

Epigraphe similis, caput idem.

P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. *Mulier sacrificans ad tripodem.*
A. Quin. Cæf. Vind.

Unicum aureum cum hoc tribunitiæ potestatis numero, sed Liber-tatis typo signatum Mediobarbus, nullum Vaillantius, aut Baldinius produxit, quibus adjunctis moles quinarii addita elegantioribus numu-lum inserit.

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput laureatum.*

VICTORIA. AVG. *Victoria stans d. coronam s. ramum.*

A. ejusdem musei.

Ut nihil singulare spirat hic numus, ita altum undique de simili aureo viso silentium facit, ut raris adscribi debeat.

IMP. C. M. AVR. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput idem.*

VIRTVS. AVG. *Genius militari babitu stans d. bastam pilo verso, s. scutum ad pedes.*
A. musei ejusdem.

Nullum horum in Cartusianorum Romanorum schedis legit Cl. Bal-dinius, præsens superioris fortunam omni ex parte æquat.

IMP. SEV. ALEXAND. AVG. *Caput simile.*

Epigraphe eadem. Genius galeatus insidens thoraci d. ramum, s. bastam.
A. C. Ariosti.

Etsi plures cum hac epigraphe Alexandri numi præsentim pag. 322. in Argelati editione recensentur, in nullo tamen sedens Genius re-præsentatur, id quod numum singularem reddit.

IMP. ALEXANDER. PIUS. AVG. *Caput idem.*

VOTIS. VICENNALIBVS. *intra lauream.* *A. & R. Cæf. Vind.*

Sola decennalia soluta anno V. C. 984. in argenteo, vicennalia ve-ro suscepta in ære nobis conservavit Mediobarbus, quare ambo ra-rorum numerum augent.



SAL. BARBIA. ORBIANA. *Caput uxoris.*

IMP. SEV. ALEXANDER. AVG. *Caput illius laureatum.*

R. Quin. C. Arioſti.

Raros hujus augustae argenteos omnes novimus; quinarium sua ex penu prodidit Cl. Baldinius, cum protrita illa epigraphe *Concordia auguſtorum*, eumque tamen inter rariores conlocavit, in quas laudes profusus fuisset, si ei noſter obtigiffet? Præſertim cum nec eruditus Italus illius meminerit, qui ex theſauro Card. Buoncompagni a Spanhemio *Difſert. de præſt. Eg̃o uſu num. Romæ 1664 pag. 215.* laudatus ut tenebras de Alexandri conjuge dispulit, ita sine magnitudinis aut metalli indicio, velut comſeta evanuit, noſtrum hoc præſtantissimum numiſmatione abunde adeo eum ſubplet, ut etiam gemmas pretio jucundiffime ſuperet.



I V L I A . M A M M A E A . A V G . *Caput matris*
A B V N D A N T I A . A V G . *Mulier stans utraque manu sinum , aut*
cormu copiae effundens. *R. C. Ariosti.*

Quamvis Mammæa in res filii augusti ipsiusque imperii non parum influerit, hic tamen aversæ typus ex moneta filii monetariorum incuria depromtus fuerit, quod nobilissimam hanc feminam, cetera etiam post mortem laudatam, atque, ut plurimis videtur, christianam communī ore nimiae parsimoniae adcusant historici. Singularis hic numus rarioribus est proximus.

Epigraphe & caput idem.

A N N O N A . A V G . *Mulier stans ad modium d. spicas.*

R. musei ejusdem.

Si quis etiam hanc aversam ex imperatoris numo decerptam voluerit, nihil ejus raritati detrahet; in laudatis sæpe catalogis omnibus abest, merito raris adscribendus.

Epigraphe, & caput simile.

F E L I C I T A S . P V B L I C A . *Mulier stans d. caduceum , s. columnæ innixa.* *A. de France.*

Eandem epigraphen in aureo retulit Vaillantius, sed cum muliere sedente, qui typus, ut noster inter argenteos adnotatur; præsens Vaillantii rarissimo minime est inferior.

Antica quoad omnia eadem.

P V D I C I T I A. *Mulier sedens d. velum faciei obducit, s. bastam.*
R. C. Ariosti.

Si in ulla augusta propriam sedem virtus hæc, in laudatissima hac patrum christianorum encomiis femina certo habuit; Id mirum, pudicitiam in aliis augustis matronis tam raram, quam huic domesticam numum ad rarissimorum classem promovere, quia in nulla ejus moneta cuius denum cunque æris apud Mediobarbum hanc aversam ejus capiti conjunctam videbis; Baldinii etiam industriam effugit.

Caput &² inscriptio eadem.

V E N V S. V I C T R I X. *Dea vestita stans d. galeam, s. bastam, ad pedes clypeus.*
A. Quin. Caf. Vind.

Rarissimis, quales aureos omnes edixit Vaillantius, pulcerimus hic quinarius præstat, quippe cuius typus in auro nusquam visus, in argento vero solum inter denarios refertur.

Epigraphe eadem, caput simile.

V E N E R I. F E L I C I. *Dea stans d. bastam s. Amorem insidentem, atque manibus ad blandientem.*
A. musei ejusdem.

Quatuor aureis Vaillantii tertium jam addo hoc in metallo non proditum inter rarissimos præstantiorem etiam propterea, quod quemadmodum Cl. Baldinius in argenteo suo quinario ita etiam passim alii puerum solum viderunt, propius forsan adcessit, qui in Occonis catalogo hæsitans Victoriolam adnotavit, in nostro Amor nitidissime discernitur, quem si ita distinxisset editor Romanus, nunquam scripsisset: *puerulum - - - quem Alexandrum esse constat.*

Omnia ut in superioribus.

V I R T V S. A V G. *Genius militari habitu stans d. bastam, s. clypeum ad pedes.*
R. C. Ariosti.

Aversam hanc ex monetis filii acceptam sicut negare non possum, igit ab ipsa monetarii incuria numo raritatem adcedere confiteri debeo.



MAXIMINVS. PIVS. AVG. GERM. *Caput illius laureatum.*

AEQVITAS. AVG VSTI. *Tres monetæ stantes.*

R. Max. mod. C. Ariosi.

Aureum cum hac epigraphe, sed unica Moneta ob solum metallum inter rarissimos proposuit Vaillantius, maximæ formæ argenteum inter omnes suos nullum exhibuit, nec Cl. Baldinius in supplementum istiusmodi aliquem adjicere potuit. Noster & metalli puritate, & mole, & ob plenum Monetarum chorum præstantiæ est singularis.

Epigraphe eadem, caput simile.

P. M. TR. P. P.P. *Miles stans inter duo signa legionaria d. elata,
bastam.*

R. Quin. ejusdem musei.

Ut superiori præter alia magnitudo, ita huic, et si inter denarios apud Mediobarbum adnotatus est, quinarii pondus gratiam & raritatem conciliat non minorem, quam quinario sui musei hic adscripsit Baldinius.

IMP. MAXIMINVS. PIVS. AVG. *Caput idem.*

SALVS. AVG VSTI. *Hygia sedens d. pateram porrigit serpenti ex
ara ad surgenti.*

A. de France.

Stantem Salutem in eodem metallo nobis exhibuit eruditus Gallus, morbum etiam propterea Maximini commentus, quod medico anti-

quario indulgendum: sedentem in quinario argenteo ejus editor Romanus; noster inter rariissimos, quales aurei hujus augusti omnes habentur, excellit.

M A X I M I N V S. P I V S. A V G. G E R M. *Caput simile.*

V I C T O R I A. G E R M. *Victoria stans d. lauream, s. ramum, ad pedes captivus.* *R. C. Ariostii.*

Aureum similem apud Vaillantium legimus ex Capitolino inlustratum; argenteus cum hac epigraphe quia in Argelati editione abest, raris adscribi meretur præfens.





M A X I M V S . C A E S . G B R M . *Caput illius nudum.*

P I E T A S . A V G . *Instrumenta pontificalia.*

A. Cæs. Vind.

Maximi Maximini filii aureum ut rarissimum, elegantissimum, verbo unicum conprobem, nihil aliud opus est, quam ea transcribere, quæ etiam in Romana editione duobus argenteis velut æstimandæ raritatis norma præmittuntur: *Maximi cæsaris numi ex argento rari, ex auro hac tenus non inspecti sunt.*

Epigraphe & caput simile.

Epigraphe & typus idem, sed in inferiore numi segmento. S. C.

R. C. Ariostii.


Siglas has, quæ numum rarioribus inferunt, in argenteis numis fere de monumentis structis, & subinde in moneta repræsentatis explicui, vix mihi persuadere possum absenti cæsari Romæ aliquod positum, minus forsan in provincia, cum Maximinum paullo post crudelitas etiam apud suos exosum fecerit. An ad confirmationem senatus pertinerent, de qua Aurelius Victor: *Quod tamen etiam patres, dum periculose existimant, inermes armato resistere, adprobaverunt, filiusque ejus - - - cæsar factus est.* Novum id foret, & in ipsis Maximi numis singulare, cum plures argentei cum iisdem sacerdotiū instrumentis adserventur, qui tamen omnes hac nota carent.

Epi-

Epigrafe, & caput ut in superiore.

PRINC. IVVENTVTIS. Cæsar stans d. scipionem, a tergo duo
signa militaria.
R. Quin. ejusdem musei.

Inter raros solum reponendus esset hic mumulus ex mente Vaillantii,
nisi eum quinarii pondus in nullo alio proditum, & rarissimis proximum
constitueret.





IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AFR. AVG. *Caput lan-*
realium senioris.

P. M. TR. P. COS. P. P. *Vir togatus stans d. ramum, s. sceptrum.*
R. majoris molis C. Ariostii.

Diligenter, ne dicam summa cum religione obsecutus fui monito, quod Vaillantius numis hujus augusti præfixerat in hæc verba: *Cave-*
te, ne typos recentes cum antiquario Palatino pro veris accipiatis. Numos, quos producturus sum, suis oculis majore adtentione, quam olim exta inspiciebantur, Froelichius magister meus, unum etiam Cl. Baldinius probavit, quibus viris meum queque pro aliquo hac in no-
titia usu subfragium adjicere liceat.

Quem primum proposui cum eadem epigraphe & typo Genii sena-
tus dedit Vaillantius, neque rarissimi titulum nisi ob anticam partem
adjecit; contra sentio de cimelio Ariostiano, cuius tam antica, quam
postica summam venerationem præterea a pondere meretur, etenim
eximiae raritatis numus drachmam cum 5 I. granis adpendit.

Epigraphe & caput idem.

ROMÆ AETERNAE. *Roma galeata sedens, dextra Victoriolam,*
s. bastam. *A. de France.*

Argenteum his signis cælatum inter præstantiores adscribere solum
licuit erudito Gallo, pro aurei commendatione insigni satis erit, hic
præ-


præfixum Vaillantii oraculum proferre: *aureos non inspeximus*; quæ sententia eo majoris pretii facit nostrum, quod nec Cl. Baldinius uno aliquo producto eam infirmare potuit.

Omnia in antica eadem.

S E C V R I T A S . A V G G . *Mulier sedens d. elata sceptrum, s. sella
nixa.
R. ejusdem musei, & C. Arioſti.*

Uni soli Gordianorum, aut ab uno solo Romanis securitatem præstat numus argenteus a Vaillantio inter rares laudatus, rariores ambo hi sunt denarii, & rarissimis citra dubium ad censendi, qui utrique, aut per utrumque imperio eam felicitatem promittunt, quod nec Argelati editio cum hac epigraphe duorum augustorum meminit.





BALBINVS. AVG. GORDIANVS. CAES. *Capita Balbini laureatum, Gordiani radiatum.*

IMP. C. M. CLOD. PVPIENVS. AVG. *Caput Pupieni laureatum.*
AR. Cæs. Vind.

Omni auro præstantior hic numus non pauca nos docet, atque pri-
mum illud contra Petavium nimis Capitolino obsecutum, &, ut vi-
ris alicui artim agis deditis evenire solet, in suam eclipsin nimis absor-
ptum: *de Doct. temp. L. XI c. 26.* Gordianum duodennem vivis Bal-
bino & Pupieno augustum minime fuisse.

Alterum illud est, luculentum testimonium præberi sedatae Romanæ
seditionis, quæ V. C. 990. ante finem Maji post Pupienum & Bal-
binum a senatu electos, atque adeo etiam post eclipsin, quæ jam
die 12 Aprilis evenit, eruperat, neque conponi poterat nisi Gor-
diano puero Gordianorum nepote purpura induito, & in concionem
protracto, ut Herodianus *L. VII.* nitide & fusius describit.

Neque quem perturbet, aut Balbino titulum imperatoris abesse, aut
eum Pupieno præpositum, quod postremum adtinet, quia Balbini
num hactenus non edito carebam, malui antiquarios, quam histo-
ricos hujus temporis sequi; quod ad primum spectat, satis compen-
satur per augusti titulum, & forsan Pupieno hic de industria adjectus
est, qui contra Maximinum exercitum ducere debebat, altero in-
terim domi rem publicam curante.



I M P . C . M . C L O D . P V P I E N V S . A V G . *Caput ejus laureatum.*
V O T I S . D E C E N N A L I B V S . *intra coronam quernam. A. Cæf. Vind.*

Confirmat hic numus, quæ superius ad numum Iuliæ Domnæ scripsoram, novimus omnes Pupienum cum conlega alterum imperii annum aliquot solum diebus degustavisse, quare flatus est anni primi initio. Pretium ejus spectato solo metallo & capite jam definivit Vaillantius, dum omnibus raritatem eximiam adtribuit, crescit hoc ab epigraphe aversæ partis, quæ in argento solum hactenus observata; denarium ejuscemodi laudatus antiquarius ultimo loco proposuit, atque elegantioribus adcensuit, hinc accepta proportione in rarissimorum classem noster est referendus.

M. K. M. ΚΛΩ. ΠΟΤΠΙΗΝΟC. ΕΥ. C. *Caput idem.*
L. A. *Aquila rostro coronam ferens.* *R. de France.*

Etsi fateor, parum deterioris argenti Alexandrinum hunc numum esse, locum tamen hic merebatur inter rariores, quia Stoschianas ad me olim missas schedas percurrenti nonnisi unicus cum Victoria gradiente se in conspectum dedit.



IMP. GORDIANVS. FEL. AVG. *Caput Gordiani Pii laureatum.
CONCORDIA. MILIT.* *Mulier sedens d. pateram, s. cornu copiae.
R. Quin. C. Arioſti.*

Denarium, nec enim amplius quid merebatur, ad censuit ob viis Vailantius, quinarium, et si typi ejusdem, quia omnium oculos effugerat, raris adscripturum fuisse, vadimonium promitto, quia a nemine hujus ponderis numerus est adnotatus.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. *Caput ejus corona radiata cinctum.
FIDES. MILITVM.* *Mulier sedens d. signum militare, s. cornu copiae.
R. C. Arioſti*

Quia omnes, qui in catalogo Mediobarbi seu argentei, seu ænei leguntur, mulierem stantem exhibent, sessio ejusdem similem superioris raritatem denario conciliat.

IMP. GORDIANVS. PIUS. FEL. AVG. *Caput idem.
Inscriptio eadem.* *Mulier stans utraque manu signa militaria singula.
R. ejusdem musei.*

Nullo in metallo seu apud Mediobarbum, seu Vaillantium haec cælatura conmemoratur, quare rariorum numero merito est adscribendus.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. *Caput simile.*

L I B E R A L I T A S . A V G . *Mulier stans d. pileum, s. bastam transversum*

R. musei ejusdem.

Vicem reddit hic monetariorum error numo superiori, qui in averfa Libertatis epigraphen cum Liberalitatis signo exhibuit, conversa scena etiam hunc rarum facit.

IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. *Caput radiatum illius.*

M L E T A R M . P R O P V G N A T O R E N . D . N . *Mars gradiens d. bastam, s. clypeum.*

A. majoris formæ Cæs. Vind.

M A R T E M cælare voluisse barbarum, aut admodum incurium artificem cum signum dei, tum adjectum epithetum docet; an D. N. Domini nostri explicandum fit, aliis discutiendum relinquo. Inter aureos Gordiani non frequentes majusculus hic & pondere sex drach., gran. decem & inscriptionis raritate, quæ in nullo aureo apud Mediobarbum legitur, inter rarissimos principatum obtinet. Similis numerus drachmarum quatuor in museo *vñr ēr ἀγίοις de France* conditur, ex qua ipsa ponderis inæqualitate conprobari potest cum alterius *γυναικῶν*, tum officina barbara, quam aut adulatio invitavit, aut ad quam belli necessitas compulerat stipendiorum causa.

IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG. *Caput simile.*

P. M. T R I . P. C O N . s. p. P. *Vir velatus d. pateram sacrificat ad aram.*

R. C. Arioſti.

Qui primi cum his titulis apud Mediobarbum obcurrunt numi, **T R . P. IL** signatam exhibent, adde duos in inscriptione lapsus, & eximis raritatis numum habebis.

Epigraphe eadem, caput laureatum.

V I C T O R I A . A V G . *Victoria gradiens d. coronam s. ramum.*

A. Cæs. Vindob.

Quam obvia inscriptio & typus videri possunt, in nullo tamen nobiliore metallo ambo convenient in Argelati iudice, quare raris adscribendus.

Caput Gordiani. A. H. F. in area L aut quid aliud.


ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΗΣΚΟΠΟΡΙΔΟΥ. *Caput Rhescuporidis IV. regis Bospori.*

R. Can. S. Floriani.

Unicum Græcum Cæsareæ Cappadociæ repræsentavit Vaillantius, pro urbe regem sisto, cuius non nisi duo numi sub Gordiani imperio cum diversis æræ notis scilicet anni 536. & 539. proditi sunt, præsens annum æræ Bosporicæ 538, qui anno V. C. 995. Gordiani IV. & V. respondet, exhibet, & rarissimorum numerum auget.



TRAN-




SABINA. TRANQVILLINA. *Caput uxoris.*

CONCORDIA. AVG. Gordianus togatus & laureatus stans s. scapus, d. jungit cum adstante uxore. *A. de France.*

Elogium præstantissimi numi optimum præfixa argenteo Vaillantii verba efficiunt, ita ille: *Tranquillinæ numi ex argento insignis elegantiæ; ex auro bâctenus non obseruatæ.*





IMP. CAES. M. TVL. PHILIPPVS. AVG. *Caput Philippi senioris laureatum.*

AEQVITAS. AVGUSTI. *Tres Monetæ stantes* **R. Max. forme**
C. Ariostii.

Nusquam hæc epigraphe aut cum commemoratione unius augusti, aut cum tribus Monetis se in conspectum dat, forma maxima, qua flatus est numus præstans, eum summi inter rariores pretii facit.

IMP. M. TVL. PHILIPPVS. AVG. *Caput idem.*

ANNONA. AVG G. *Mulier stans d. spicas supra modium, s. cornu copia.* **R. musei ejusdem.**

Quia mihi persuadere non possum, Cl. Minium, quem adeo dilaudat ipse editor a singulare eruditione, atque ditissimo plurium milium numorum museo, suo in denario pag. 345. editionis Argelati spicas pro serpente habuisse, atque cornu copiae omisisse etiam, nostrum nuspianam inter argenteos adnotatum pronunciare possum, atque propterea raris adcentendum.

IMP. PHILIPPVS AVG. *Caput radiatum.*

FIDES. MILIT. *Mulier stans d. bastam s. signum militare transversum.* **R. musei ejusdem.**

Aureum cum epigraphe FIDES. MILITVM. ex thesauro Austria-
co inter rarissimos recenset Cl. Baldinius; cum typo, qui in præ-
fente se exhibit, hæc inscriptionis forma non reperitur apud Occo-
nis continuatores.

IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Caput laureatum.

LIBERALITAS. AVGG. RI. Mulier stans d. tesseram, s. cornu
copiae.

A. de France.

Cum obvio cetera typo nullus aureus apud Mediobarbum adnota-
tur, Vaillantius dum scribit: *in aliis II.* (nempe Liberalitas Aug.)
in aliis III . . . bi numi argentei obvii sunt, ex auro rarissimi, dubium
relinquit, an unquam numum *Liberalitate II.* insignem facta duorum
augustorum mentione viderit, neque enim arbitror, eum rarissimo-
rum subfragium uni augusto inligare, quia etiam argenteus apud
Mediobarbum anno V. C. Millenario adtributus & patris & filii me-
minit; per alibi dicta iisdem fere typariis aurei, & argentei cu-
debantur.

Epigraphe eadem, caput radiatum.

P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Vir togatus & velatus stans d.
pateram, s. bacillum.

A. C. Ariosti.

Omni in ære cum his notis chronicis frustra monetam nostræ similem
quæres apud numorum compilatores; quare rareribus adcessendus.

Epigraphe eadem, caput laureatum.

SECVRIT. ORBIS. Mulier sedens d. bacillum, s. caput fulsit.

A. de France.

Inter æneos solum numus quoad epigraphien abruptam similis adno-
tatus fuit, aureus rarissimi titulum jure optimo promeretur.

PHILIPPVS. PIUS. sc. AVG. *Caput galea ornatum cum alis, quale
vulgo Romæ babetur in numis familiarum.*

BNTILOIC. KCSS. *Vir subcinctus stans d. basam, s. globum.
AV. de France.*

Similem fere numis aureis præmiserat, alterius solum meminerat Pel-
lerinius meus *Mél. de Méd. Tom. I. pag. 161.*, noster, quia literis ali-
quantum & pondere 150. gr. differt (duo enim Inl. Viri alter 195., al-
ter 161. grana adpendebant) locum hic aliquem mereri visus fuit,
etsi nihil certius de eo edicere possum, ea confirmat, quæ superiæ
ad Gordianum dixi.





MARCI A. OTACIL. SEVERA. AVG. *Caput uxoris.*

IMP. PHILIPPVS. AVG. *Caput Philippi senioris laureatum.*

A. de France.

Paullo ampliore aversæ partis inscriptione argenteum cetera similem ex museo olim Apost. Zeni, hodie canonicorum ad S. Floriani protulit editor Romanus, unicum pro hac augusta Vaillantii supplementum, eumque eximiae raritatis & præstantiæ esse laudavit, et si argentei sunt obvii, ex hoc subfragio metire, quid de aureo nostro, quo ex metallo rarissimos omnes pronunciavit Vaillantius, cum duobus capitibus statuendum.

MAP. OTAKIAL. C€OTH PAN. C€B. *Caput illius linea facta inpositum.*

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΖΟΤCIAC. ΥΠΑΤΟC. *Aquila stans alis expansis rostro coronam. Infra: ANTIOXIA. & S. C.*

AR. maj. forma. C. Ariostii.

Alter antica similis.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΖΟΤCIAC. *Aquila alis expansis ramo insitens, rostro coronam. Infra S. C.*

AR. ejusdem mod. Et musæ.

Epigraphes aversarum partium ad imperatorem pertinent, quia tribunitiam potestatem & consulatum indicant. Etsi argenti purissimi non sunt, raris tamen ad censendi, quod Græcus nullus a Vaillantio est adnotatus.



M. IVL. PHILIPPVS. CAES. *Caput filii radiatum.*

PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Cesar stans d. signum militare, s. bastam.*

R. C. Ariosti.

Philippi cæsaris ut numi argentei frequentes omnes, ita hic de trivio videri posset, si in ullo denario apud Mediobarbum inscriptionem isthanc cum eodem typo conjunctam videremus.

Epigraphe eadem, caput nudum.

PRINC. IVVENTVTIS. *Philippus junior stans d. sceptrum, s. bastam a tergo duo signa militaria defixa.*

A. de France.


Aureum humc rarissimis proximum constituo, quia seu epigraphen, seu typum spectes, Mediobarbi, Vaillantii & Baldinii oculis se subtraxit.

Epigraphe, & caput idem.

PRINCIPI. IVVENT. *Cesar stans d. bastam, s. globum.*

A. de France.


Ut in superiore completum postremum vocabulum ad majorem raritatem aliquid confert, ita in hoc primum integrum, quod frustra in Argelati indice abrupto alteri junctum quæres.



IMP. T. IVL. MAR. PACATIANVS. *Caput ejus radiatum,*
FORTVNA. R E D V X. *Mulier sedens, d. temonem, s. cornu copiae;*
ad sellam rotam. *R. Cæf. Vindob.*

Mirer, tam a Bandurio, quam a Baldinio Pacatiani numos post Carinum removeri, et si ambo judicant, monetarum cælaturam, ut reapse est, tempora Philippi & Decii redolere, suo loco tyrannum hunc restituere malui, quia historicis omnibus de hoc nomine silentibus aliud præsidium antiquariis non est super. Probabilis hæc conjectio juvatur ex Eutropii L. ix. ubi de Decio: *bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, obprestit.* Non leve pondus addit notitia Bandurio ab amico communicata, nempe numos Pacatiani nomine signatos in ea Galliæ provincia, quam Campaniam dicimus, e terra erutos.

Numi ejus rarissimi omnes, imo singulares habentur, noster a duabus, qui hactenus producti sunt, præclara epigraphe & typo diversus peculiarem laudem meretur.



IMP. C. M. Q. TRAIANVS. DECIVS AVG. *Caput laureatum
DACIA. Mulier stans d. contum, cui caput asini præfixum.*

R. Quin. C. Arioſti.


Quam denarius obvius, tam inter elegantiores reponendus est quinarius, a nemine adnotatus.

Epigraphe eadem, caput radiatum.

PRINCIP. IVVENTVT. *Figura militaris stans d. globum, s. bastam, ad pedes captivus.* *R. C. Caroli Auersperg.*

Si similis typus in filiorum denariis obcurreret, arbitrari quis posset, lapsu monetariorum permutata typaria, ast nec in Herennio, nec in Hostiliano apud Occonis continuatores abruptum alterum vocabulum, minime autem procumbentem ad pedes captivum deprehendes. Subpetias hic veniunt longi temporis in amplissimo suo museo factæ observationes Cl. Pellerinii patroni mei omni veneratione colendi, qui pag. 166. & 168. T. I. *Mélange de Med.* exemplis confirmat, eos augustos, qui ante cæsares renunciati non fuerant, hunc cæsaribus proprium titulum adsumfisse etiam, atque ea erat Decii conditio, qui occiso Philippo illico a militibus augustus electus, & ab senatu confirmatus fuit; quia nullus in laudatis catalogis similis adnotatur, hæc adjuncta eximiæ raritatis denarium faciunt.

IMP.




IMP. C. Q. HER. ET R. MES. DECIO. AVG. Caput illius radiatum.
VOTIS. DECENTALIBVS. in laurea. *R. Cœf. Vind.*

Argenteos Herennii omnes raros, cum imperatoris titulo, quem noster præfert, rarissimos declaravit Vaillantius. Averfa typus qui hactenus nec in patris, nec filii seu aureis seu argenteis repertus est etiam in Bandurio, quem ab Decio ducem sequi oportet præ Mediobarbo, exquisitæ raritatis numum constituit.



Y



C. OVAL. OSTIL. COVINTVS. AVG. *Caput ejus radiatum.*
 AEQVITAS. AVG. *Mulier stans d. bilancem s. cornu copiae.*
R. C. Ariosti.

Numos cum augusti titulo, quem Hostilianus post mortem patris a Treboniano Gallo acceperat, rariores scripsit Vaillantius, atque hæc de antica; postica, quæ Vaillantii, Bandurii, & Baldinii diligentiam elusit, denarium ultra rariores promovet.





IMP. CAES. C. VIB. TREB. GALLVS. AVG. *Caput radiatum illius.*
ANNONA. AVGG. *Mulier stans exuviiis elephantis ornato capite, d.*
gubernaculum, s. spicas. *A. de France.*

Ob metallum inter elegantiores recensendus numus majorem fibi gratiam a posticæ typo adsciscit; unicum cum mentione utriusque augusti eadem cum inscriptione protulit Bandurius, verum signum admodum differt, ut de hasta pro gubernaculo, quod in nostro adest, nihil dicam, Ceres in illo, in præsente Africa exhibetur eo jucundius, quod regionem ostendit, unde Vrbi de frugibus augustorum providentia prospectum. Eximiæ eum raritatis habeo.

Epigraphe ♂ *caput idem.*

LIBERALITAS. AVGG. *Mulier stans d. tesseram s. cornu copiae.*
R. C. Ariosti.

Nec in auro, nec in argento ullus catalogus alicujus congiarii meminit, quod sub ipsum Romæ adventum V. C. anno 1005. datum fuerit. Rarissimi laudem nemo facile huic denario negaverit.


172 T R E B O N I A N V S . G A L L V S .

ΑΤΤΟΚ. Κ. Γ. ΟΤΙΒ. ΤΡΕΒ. ΓΑΛΛΟΣ. ΣΕΒ. *Caput lan-*
reatum.

ΔΗΜΑΡΧ. ΕΖΟΤCIAC. ΤΟ. Β. *Aquila expansis alis stans*
rostro coronam, intra pedes B. infra S. C. R. max. formæ musei ejusd.

Nullum nobilioris metalli Græcum laudati triumviri, ad quorum collectionem subplementum scribo, viderunt, raritati huic adjecta forma maxima, atque, quod hac ætate singulare, summa argenti puritas elegantiae & præstantiae singularis encomium conficiunt.






IMP. C. A. C. VI. VOLVSIANO. AVG. Caput ejus laureatum.
FELICITAS. P VBLICA. Mulier stans d. caduceum s. hastam transversam, qua etiam cippo innititur. **R.** majoris fere mod. C. Ariosti.

Quam numi præfert inscriptio, felicitatem Eusebius de patre Gallo loquens l. VII. c. I. indicat: Εὐ φερομένης δύλῳ τῆς βασιλείας, καὶ χαῖτα νῦν χωρέσκων τῶν πραγμάτων. Imperio ejus prospero fruente statu, atque omnibus ex animi sententia cidentibus. Ceterum quod ad rem nostram pertinet, in numis hactenus editis solitum ubique cornu copiae pro hasta substituitur, cippus in omnibus abest; satis hæc forent, ut rororum classi numus inscriberetur, ampliorem tamen honorem fibi depositit præterea pondus drachmarum duarum & granorum octo.

IMP. C. C. VI. VOLVSIANVS. AVG. Caput radiatum.
MARTEM. PROPVGNATORVM. Mars gradiens d. hastam, s. clypeum.
R. ejusdem musei.

Inter monetas argenteas patris similem aversæ typum recenset Bandurius, eumque esse existimat, qui numum rarissimum faciat; quid de istiusmodi numo filii dicturus fuisset, cuiusmodi nec ipse, nec Baldinius vidit.



IMP. AEMILIANVS. PIVS. FEL. AVG. *Caput illius radiatum.*
ERCVL. VICTORI. *Hercules nudus stans d. clavam ad terram de-*
missam, s. arcum sagitta inposita, & exuvias leonis.

A. de France.

Vnum, dum vixit, hujus augusti aureum vidit Vaillantius: *Dianæ. Victoriæ inscriptum, Cl. Baldinius altero rem auxit, scilicet cum ti-*
tulo: Apollo. Conservat., quem rarissimum, præstantissimumque depræ-
dicat, id hic mirari satis non possum, cur numum cum eadem epi-
graphe, quæ in nostro est, ex museo olim Apostoli Zeni laudare
maluerit argenteum, quam aureum Bandurii inscriptionis ejusdem.
Quidquid de hoc sit, noster ob adjectam sagittam (minima etiam ra-
rissimis in cimeliis pretium augent) jam indicato præstat.





IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. *Caput senioris radiatum.*
 AETERNITAS. AVGG. *Sol seu Oriens vestitus capite radiato gra-
 diens d. elata, s. globum.*
AV. Cæf. Vindob.

Similes Aeternitati Augg. inscriptos argenteos rarioribus adcenset Bandurius, nec aureum, nec argenteum cum epigraphe in recto aut hic, aut Baldinius vidit, quare rarissimorum numerum auget.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. *Caput illius laureatum.*
 ANNONA. AVGG. *Mulier stans ad modium, d. spicas s. cornu copiae.*
AV. musei ejusdem.

Denarii istiusmodi nec in argento obvii sunt teste eruditio bibliothecæ Florentinæ præfecto, aureum tamen eodem typo insignem neque is suæ amplissimæ compilationi inferere, neque editor Romanus inter supplementa Vaillantii adjicere poterat, felicitas unici hujus numi gazæ cæsareae servabatur.

IMP. VALERIAN--- *Caput ejus radiatum.*
 CONCOR. AVGG. *Mulier sedens, d. pateram, s. cornu copiae.*
AR. Can. S. Floriani.

Ex Bandurio Cl. Baldinius numum ejusdem metalli descriptis cum epigraphe: *Concordia Augg. & typo Valeriani & Gallieni dextras jun-
 gentium, eumque rarissimis adnumeravit, præstitisset tamen ipsa Ban-
 durii verba reddere, ita ille in notis pag. 105. Nimi cum bac epigra-
 phe inter rarissimos recensendi, ex quo liquet, mentem ejus non fui-*

se, ut prima fronte cogitari posset, eam raritatem typo adligatam esse. Noster epigraphie concerpta cum eo, quod indicavi, signo nec inter aureos reperitur.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. *Caput radiatum.*
 CONSERVAT. AVGG. *Apollo nudus stans d. elata ramum, s. tyra cippo inpositæ nixus, pone adstat Diana subciuita d. elata sagittam ex pharetra promptura, s. demissa arcum.* R. C. Arioſti.

Ad pestem, quæ anno V. C. 1003. magna edita strage cœperat, atque ad annum 1014. cessaverat demum, hunc numum refero; novimus ex mythologia & præcipue historia Niobes, Apollini & Diana iratis fere ejusmodi tristes casus attributos fuisse. Valeriani, qui imperium adiverat circa mensem Majum anni 1006. intererat sane maxime, ut cum Gallieno filio augusto eodem anno renunciato incolumis servaretur, quare primorum annorum intervallo hunc numum cum Apolline servatore, quem ramus indicat, cusum arbitror. Atque utinam, si ita loqui licet, tam propitia habuisset hæc numina sub annum V. C. 1013., quo exercitus contra Persas ductus hac contagione diffluens non parum contribuit, ut Valerianus ipse caperetur.

Cum hac epigraphie, & Apolline solo in numero cœlato denarium prodidit Bandurius rariores inter adnumerandum, noster, qui sororem etiam exhibet, quod scio, unicus atque adeo quantivis est pretii.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. P. F. AVG. *Caput simile.*
 IOVI. STATORI. *Iuppiter nudus stans d. bastam, s. fulmen.* R. ejusdem musei.

De vulgo hic unus videri posset alicui posticam intuenti, sententiam adtamen facile mutabit, ubi nullo in ære Valeriani capiti hanc epigraphen in Bandurii catalogo conjunctam videbit; ut adeo unicus item hic superiori aliquantum solum raritate concedat.

Epigraphæ, &c caput idem.

PIETAS. AVGG. *Ambo Imp. sacrificantes, supra quos in area corona laurea.* R. Cæf. Vindob. Epi-

Epigraphes & typi similem denarium prodidit industrius Bandurius, neque tamen illi aliquem cum laurea in area, quemadmodum nullum horum trium hactenus relatorum videre licuit Baldinio; ad epinia de Germanis vel alio populo referendus est numus singularis raritatis.

Inscriptio eadem, caput laureatum.

VICTORIAE. AVG. *Victoria bigas agit, d. flagellum, f. frena.*
A. Cæf. Vind.

Hujus metalli rariores omnes jam pridem pronunciavit Vaillantius; cum inter argenteos solum apud Bandurium & Baldinium ex eodem, ut adparet, fonte, reperiatur, ad rarissimos adcedit quam proxime. An ad victoriam in agone Capitolino, ut vult Vaillantius, an ad aliquam de barbaris reportatam referendus fit, ut censet Bandurius, decidere hic quidem ex re mea est minime, mallem tamen cum posteriore Cl. viro sentire.

IMP. C. P. LIC. VALERIANVS. AVG. *Caput radiatum.*

Epigraphe eadem cum superiore. Mars stans d. baslam, f. clypeum.
A. mus. ejusdem.

Nec aureum, nec argenteum insolentis hujus typi cum epigraphe istiusmodi antiquariorum aliquis viderit, id certum, in omnibus catalogis abesse, neque tamen aut adulterationis, aut subærationis speciem præbere numum ultra rarissimos provehendum.



GALLIENVS. AVG. *Caput illius laureatum.*

AETERNITAS. AVG. *Sol nudus stans d. clata, f. globum.*

A. Quin. de France.

Reticere non possum liquidissimum gaudium , quo perfusus sum , dum Gallieni huc referendos numos in ordinem redigerem , atque cum adcessionibus a Cl. Baldinio factis compararem , vidi nempe duodecim solum eosque argenteos omnes , nonnullos etiam ex Bandurio transcriptos in lucem productos , ubi mihi **xxiiii.** indicare licuit , atque hos inter aureos **xii.** qui etiam in Bandurio desiderantur , singularem fortunam museis **Austriacis** mecum antiquarii sequæ mentis merito gratulari debent .

Quem hic proposui , præterquam quod in Bandurii catalogo abest , sua se mole ita commendat , ut inter rariores emineat .

I M P. C. P. L I C. GALLIENVS. AVG. *Caput idem.*

FELICITAS. SAECVL I. *Mulier faciem longiorem , ut videtur , utraque manu tenens.*

A. Cæs. Vindob.

An ob singularem fertilitatem Ceres felicia tempora , an hæc eadem bacchans thyrsum gerens adnunciet , satis definire non potui ; id certum in utroque nobiliore metallo hujus similem editum non fuisse , quod sane denarium ex vulgo tritorum , & obviorum , quales haberí solent hujus imperatoris , non solum eximit , sed ad rariorum classem promovet .

GALLIENVS. AVG. *Caput simile.*

FORTVNA. R E D V X. *Dea sedens d. temonem, s. duplex cornu copia, ad pedes rota.*

A. ejusdem musei.

Argenteum prodidit Bandurius, aureus primum prodit; an ad iter imperatoris, & quod referendus sit numus, argumentis certioribus destitutus inani conjectura divinare nolo.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. AVG. *Caput ejus radiatum.*

Epigraphe eadem. *Mercurius nudus stans d. crumenam, s. cornu copiae.*

R. C. Arioſti.

Etsi viarum custodem noverimus, insolens tamen ejus signum huic epigraphe conjunctum numum eo certius de rarissimorum genere constituit, quod a compilatorum nullo etiam inter aureos est adnotatus.

GALLIENVS. AVG. *Caput simile.*

IOVIS. STATOR. *Juppiter nudus stans d. bastam, s. amiculum.*

A. de: France.

Epigraphe noster ab eo differt, quem Bandurius pag. 153. recenset, atque propterea aureos vulgares, qui rari omnes Vaillantio habentur, dignitate superat.

IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. P. F. AVG. *Caput radiatum.*

LIBERALITAS. AVGG. III. *Typus solitus mulieris stantis.*

R. musei ejusdem.

Geminus adseratur in gaza cæsarea; quod eo magis mirandum, quia ne unus quidem seu a Bandurio, seu a Baldinio observatus fuit, qui numeralem notam in ipso numi orbe consequentibus post Augg. characteribus signatam haberet; de numeris enim in segmento infinito positis, ut de literis S. & T. in area duorum, an ad Liberalitatem puta S ad secundam, ad tertiam T referri debeant, qui dubitaverit, reprehendi ob nimium rigorem non poterit, dum in ea numerorum ætate versamur, qua variae figæ, numerales etiam, ea numeri parte & in area conlocabantur, de quibus nihil tuto pronunciare licet. Dubium aliud est, ad quod tempus congiarium hoc pertineat,

cum nesciamus, an non, dum vivo patre tertium dabatur, ea Liberalitas cum singulorum augustorum capite etiam signata fuerit. Rarissimis utrumque ad censem.

G A L L I E N V M. A V G. P. R. *Protome Gallieni laureata cum basta, & clypeo.*

O B. R E D D I T. L I B E R T. *Mulier flans d. pileum s. bastam transversam.* *R. max. formæ C. Arioſti.*

Cum aliis epigraphis, nempe *Ob. Libert. Rec. & Receptam tam aureus*, quam argenteus rarissimus fuit insertus; noſter & mole & novissima epigraphe inter rarissimos singularis est præstantiæ, quo Italia servitutem, quam Marcomanni seu Iuthungi suis incursionibus minabantur anno V. C. 1013., a suis cervicibus depulsam gratulatær, atque propterea monumento aliquo posito Gallienum coluit, qui si Zonaræ fides est, cum decem millibus ex Gallia properato itinere prope Mediolanum tercenta millia fudit.

I M P. C. P. L I C. G A L L I E N V S. A V G. *Caput radiatum.*

P A C A T O R I. O R B I S. *Iuppiter seminudus sedens, d. pateram, s. bastam, ad pedes aquila.* *R. Cœf. Vindob.*

Inter parentis monetas argenteas similis aversæ facies prodita est a Bandurio, sub Gallieno minimæ formæ æneus solum indicatur. Opus sane erat, ut, dum imperium tantis bellorum tumultibus jactabatur undique, Iovi Pacatori vota fierent. Denarium præsentem rarissimorum classi adscribo.

C O N C O R D I A. A V G G. *Capita Gallieni laureatum, & Saloniæ uxoris aduersa.*

P I E T A S F A L E R I. *Capra sub arbore cum duobus pueris, quorum alter lux fugit, alter ad anteriorem pedem confidet, præ quo aquila, infra fulmen.* *R. Max. formæ C. Arioſti.*

Non parum dolebat de hoc eximiæ raritatis & elegantiae singularis numo Cl. Baldinius, eum sibi tum ad manus non venisse, cum editionem Romanam adparabat, insigni ære ejus opera in museum Ario-

stianum, dignissimum sane præ aliis, quo conderetur, locum commi-
gravit Roma.

Duobus ex numis confici potest, ad Saloninum partem aversam per-
tinere, etenim alios habemus, *Iovi Crescenti* inscriptos, in quibus
aut Iuppiter, aut cæsar Iovis specie capræ insidet, quos antiquarii
huic proprios hactenus existimaverunt, alios cum epigraphe: *Dii
Nutritores*, in quibus Iuppiter feminudus stans s. hastam d. Victorio-
lam imperatori porrigit.

Parum refert, an Saloninum ad anteriores capræ pedes cum hac aut
aquila ludentem, an ad ubera constitutas. Inscriptio Valeriani avi
pietatem commendare videtur, qui nato Salonino nepote simile ali-
quod monumentum alicubi constituerit. Unici hujus & pretiosissimi
numi præstantia me permovit, ut hunc præ aliis cælari fecerim reli-
quis præfigendum.

GALLIENVS. AVG. Caput corona graminea cinctum.

P. M. T. P. VII. C. O. S. P. P. Imp. stans inter duos fluvios jacentes,
s. bastam s. pilum, aut sceptrum. AV. Cæs. Vind.

Mirum hac ætate elegantiae & magnificentiae superioris temporis cæ-
latores monetarios imitatores fuisse, signa enim, quæ in hujus numi
aversa repræsentantur, ex Trajani numo, in quo Tigrim inter & Eu-
phratem medius consistit, depromta fuisse dubitari vix potest; optan-
dum solum, ut quemadmodum in illo inlustrem epigraphen: *Ar-
menia & Mesopotamia in potestatem P. R. redactæ legimus*, ita in hoc
etiam de gentibus devictis certiores redderemur, tum enim majo-
re confidentia de Rheno & Mosella cum Vaillantio statuere liceret.

Argenteum quoad imaginem aversæ similem laudatus autor produ-
xit, verum sine tribunitiæ potestatis numero, eumque rarissimis ad-
numeravit; inter aureos cum numero T. P. VII. nullus omnino ad-
notatur apud Bandurium, ut adeo noster rarissimos præstantia exce-
dat. Id omittere hic non possum, quia indicata epocha cum anno
V. C. 1012. congruit, aut de Germanicis Gallieni victoriis numum
explicari non posse, aut monumentum aliquod publice positum fui-

se, cuius ectypon ob suam elegantiam identidem a monetariis publico in ære repetitum est.

I M P . G A L L I E N V S . P . F . A V G . C . I I I I . *Caput ejus laureatum.*
P R O V I D E N T I A . A V G G . *Mulier stans d. sceptrum versus globum bumi jacentem, s. cornu copiæ.* *A. Princ. Battyani.*

Duplici titulo rarissimis, iisque elegantioribus ad censeri meretur nūmus præstans, ad caput, seu in antica consulatum IV. adscriptum habet, quod quam insolens est hac ætate, tam nullus vel in argento similis ostendi potest. Deinde signum aversæ in nullo aureo apud Bandurium reperitur.

G A L L I E N V S . A V G . *Caput simile.*
P R O V I D . A V - . *Mulier stans d. globum s. bastam transversam.* *A. Cæf. Vind.*

Cum insolente hoc Providentiae figno argenteus recensetur apud eruditum Benedictinum, ne ullus vero seu cum hac epigraphe, seu cum hoc typo aureus, rarissimis proximum eum habeo.

I M P . G A L L I E N V S . P . A V G . *Caput radiatum.*
P R O V I D . A V G G . *Mulier stans d. bacillum in globum jacentem intentit, s. signum militare.* *A. C. Ariosti.*

Providentiae singularis omen esse videtur, ut tres numi cum eadem epigraphe in numophylacia Austriaca confluenter, qui tamen & Bandurii & Baldinii solertiam, ut de Vaillantio nihil dicam, effugerunt omnes. Rarissimis, nisi fallor, hunc ad censisset Baldinius Vaillantio etiam minime invito.

G A L L I E N V S . A V G . *Caput simile.*
S E C V R I T . P E R P E T . *Mulier stans columnæ innixa, d. bastam.* *A. de France.*

Aureum nullum hucusque vidimus, suo ex museo Baldinius argenteum Vaillantii patrimonio adjectum, raris ille suum, rarioribus no-

strum adscribo, quia argenteus jam a Bandurio ante in lucem publicam sine ulla raritatis commemoratione est protractus.

Epigraphe eadem, caput simile.

Intra lauream leo gradiens, cui insitit aquila; infra S. P. Q. R.

A. Cæs. Vind.

Ad tyrannum aliquem conpressum hoc signum pertinere pene certus sum, quis ille sit, decidi forsan posset, si aliquid Romanæ epochæ adesset; quidquid sit, monumentum aliquod jussu populi Romani structum sapit hic numus auro, ex quo fatus est multo præstantior, quia in nulla cujuscunque demum æris moneta inter Gallieni numismata hactenus fuit relatus.

Epigraphe eadem, caput laureatum.

SOLI. INVICTO. Sol stans d. elata, s. globum. A. Cæs. Vind.

Tenuioris hic molis numus ad rarissimos adcedit propterea, quod argenteum rarioribus attribuerat Bandurius, Vaillantio rigidior multo harum mercium censor.

GALLIENVS. P. F. AVG. *Caput cinctum corona graminea.*

VBIQVE. PAX. *Victoria seminuda in bigis d. flagrum, s. bacnas.*

R. Cæs. Vindob.

Cum epigraphe *Gallienæ Augustæ* numum similem inter aureos eximiae raritatis deprædicavit Vaillantius, geminum nostri etiam quoad anticæ epigraphen, si titulos *Pii Felicis* demas, ejusdem metalli singularibus adscripsit Bandurius; argenteus, quem nemo vidit hactenus, rarissimorum classi est adconsendus.

IMP. P. LIC. GALLIENVS. AVG. *Caput radiatum.*

VENVS. VICTRIX. *Dea stans d. galeam, s. scutum ad pedes cum basta transversa.*

R. Cæs. Vindob.

Si cui Vaillantii numo mox indicato adhibita explicatio velut publico in ære pro femina traductus fuisset Gallienus, sicut Cl. Baldi-

nio, qui eam intactam reliquit, probatur, facile hic a lapsu excusabuntur monetarii, qui nempe per Veneris victricis signum modestius aliquantum muliebrem augusti negligentiam reprehenderint; ego quidem longissime absum, ut ejuscemodi Romano nomine indignas cavillationes publica in moneta signatas in animum inducam. Aureum similem rarissimum pronunciavit Bandurius, argenteum, quallem nullum vidit, solo metallo inferiore existimo.

I M P. C. P. L I C. G A L L I E N V S. A V G. *Caput ejus laureatum.*
VICTORIA. A V G G. *Victoria stans d. scutum ad pedem, s. ramum*
A. Cæf. Vind.

Quia nec aureus nec argenteus similis a bibliothecario Florentino adnotatus est, atque ipsum Victoriae signum præter morem est effictum, rariores præstantia superat.

I M P. G A L L I E N V S. A V G. *Caput radiatum.*
VICTORIAE. A V G. *Dua Victoriae stantes globum tenent, cui tercia Victoria expensis alis insitit, d. coronam, s. ramum tenens.*
A. Cæf. Vindob.

Unicum & quantivis pretii denarium hunc habeo, cuius singularis typus omni in ære tam apud Bandurium, quam apud Vaillantium etiam a Baldinio ampliatum hactenus aberat.

I M P. G A L L I E N V S. P. F. A V G. G E R M. *Caput laureatum.*
VICTORIA. G. M. *Victoria stans d. coronam, s. ramum, ad pedes captivus sedens.*
A. Quin. C. Ariosi.

A duabus maximæ formæ numis dives hoc museum jam celebravi, adcedit hic minoris moduli elegans numismation; denarios hujusmodi, qui victoriam Germanicam Maximam adnunciant, rarissimos esse voluit Bandurius, quinarius, quallem non vidit, hos inter raritate singulari eminet.

I M P.

IMP. GALLIENVS. P. F. AVG. COS. II. *Caput idem.*


VIRT. GALLIENI. AVG. *Hercules nudus stans d. ramum s. clavam & exuvias leonis.*

A. major. mod. de France.

Romana Vaillantii editio novem Gallieni numos aureos recensuit, ab his diversos decem ejusdem metalli ex museis Austriacis, iisque solum aliquibus produxi, agmen claudit undecimus & pondere, quo drachmas tres, grana octo æquat, & inscriptionum cum hoc typō conjugatione, quæ nusquam reperitur, inlustrissimus, in cuius rareitate commendanda verba defecissent Vaillantium, si fortuna tam propitia in eum incidisset.



A a



CORN. SALONINA. AVG. Caput uxoris.

IVNO. REGINA. Dea stans d. pateram, s. bastam. AV. de France.

Rariorum numero hujus augustæ aureos adscripsit Vaillantius, nostri similis, quales argentei frequentes, in nobiliore metallo nec huic aut ejus continuatori, nec Bandurio se conspiciendum dedit; quare ad rarissimorum classem est referendus.

Epigraphe eadem, caput lunæ crescenti inpositum.

**VENEREM. GENETRICEM. Dea stans d., ut videtur, pomum,
s. bastam puram. R. Cæf. Vind.**

Hæc epigraphe, qua augustam sub Veneris geneticis specie colunt monetarii, nullo in metallo hactenus prodita denarium de rarioribus facit.

Epigraphe eadem, caput ut in primo.

VESTA. Dea stans d. pateram, s. bastam transversam.

AV. musei ejusdem.

Numum cum deæ sedentis signo, ut parciор est laudum, Bandurius rarioribus adnumeravit, stantem hujus metalli nullus repræsentavit hucusque; ad rarissimorum classem eum promovilset Vaillantius.



P. C. L. VALERIANVS. NOB. CAES. *Caput Salonini radiatum.*
LIBERALITAS. AVGG. *Typus solitus mulieris stantis cum tessera.*
R. Cæs. Vindob.

Nisi monetariorum errore ex numis avi & patris partis aversæ typarium adjectum fuit, congiarium aliquod datum anno V.C. 1012. denarius arguit, dum nempe natu major hic Gallieni filius cæsaris titulo est cohonestatus. Rarioribus adcenfendum arbitror, quia apud sæpe laudatos compilatores abest.

DIVO. CAES. VALERIANO. *Caput simile.*
ORIENS. AVGG. *Sol stans d. elata, s. globum.. R. musei ejusdem.*

Excusavi illico aliquantum monetariorum incuriam, quod hic fieri non potest, cum numi conplures alii cum hac capitis inscriptione rugum in postica exhibeant consecrationis signum, quam mœstus parrens infelici filio Postumi artibus anno V. C. 1013. cæso decrevit. Ipse tamen hic error numo raritatem conciliat.

P. C. L. VALERIANVS. NOB. CAES. *Caput nudum Salonini.*
PRINCIPI. IVVENTVTIS. *Cæsar stans d. signum militare, s. bastam.. A. musei ejusdem.*

Adest similis typi etiam quinarius ejusdem metalli, ambo inter rarissimos eminent, quia eti cum hac inscriptione aureum recensuit Bandurius, pro signo tamen militari globum in ejus aversa cæsar dextra tenet.

A 2

Subjicit hic Vaillantius Valeriani junioris, fratri nempe Gallieni, & Corneliae Superæ numos, quam hujus conjugem voluit, atque ita præstantiora sua numismata finit; neutrius numum non jām editum, in museis Austriacis indicatis quia reperi, defectum hunc commodius sarcire non possum, quam ostendendo lapsum antiquariorum de Corneliae Superæ marito, atque simul augustæ alius monetam producendo, quæ quia ad unum aliquem ex consequentibus tyrannis referenda est, non ullo meliore loco conlocabitur.

Quod primum adtinet, erudito Neapolitano debemus præstantissimum Corneliae hujus numum Græcum Ægis Ciliciæ cufum cum hac averfa epigraphe: AΙΓΕΑΙΩΝ. ΝΕΟΚ. ΝΑΤΑΡ. ΘΨC. ex quo, ut eam Treboniano Gallo contra Bandurii conjectionem ademtam Aemiliano parum feliciter, ut mox ostendam conjungit, ita certissimo demonstrat, eam Valeriano nuptam non fuisse.


Constat nempe ex numo Hadriani, & historicis epocham hujus urbis cœpisse anno V. C. 707. Majo finiente; constat, additis 298., qui numerus unitate tamen mutilatus, in averfa signatus est, ad initium epochæ, proditurum annum V. C. 1005., ast constat etiam, Valerianum non nisi anno V. C. 1008. cæsarem renunciatum, atque adeo ejus conjugem eam non esse, cui numus jam anno V. C. 1005. cufus fuerat.

Injuriam aliquam inlatam esse Bandurio, qui ex cælaturæ ratione eam Treboniano Gallo sociavit, facile conficitur: Certum est Galum inter Aprilem & Majum anno V. C. 1006. occisum, quare maiore parte anni, quo Superæ Ægæensis numus flatus est, qui Ægis Majo finiente V. C. anno 1005. cœpit, atque finiente eodem mense an. 1006. expirabat, ut vixit, ita conjugem Corneliam habere poterat.

Dum hoc adsero, non omnino inficiar, eam Aemiliani etiam esse potuisse; ast ægre persuadebitur, aut Ægæenses ad primam in Mœsia, forsan mense Martio factam adclamationem legionum numum cuditse illico, minus vero, nuncios de morte Galli intra mensem in Ciliciam pervenisse.

Error eruditii Itali inde promanavit, quia plenum numi numerum addendo æræ initio, finientem Ægæensium annum ex calculis acquisivit, quem tamen pro incipiente habuit, ita argumentatus: cæsus fuit inter Aprilem, & Majum Gallus, annus in numo signatus cœpit V. C. 1006., igitur Treboniani uxor esse non poterat, sed Æmiliani esse debebat. Hinc per modum scholii fluit, summam esse necessitatem mutilationis numeri in numo positi, dum de anni initio urbis alicujus Græcæ agitur, qui fere semper duobus annis Iulianis respondet.





SVL P. DRVANTILLA. AVG. Caput ejus lunæ crescenti inpositum.
IVNONI. R E D I N E. sc. Dea stans d. protensa, s. bastam puram.
R. C. Arioſli.

Alterius promissi fidem datam libero, pro Supera, cuius etſi numerarissimi jam in nobilioribus museis adſervantur, neque in Austriae deſunt, auguſtæ denarium ſubſtituo hactenus ignotæ. Consuluerat inlustrissimus poffeffor missa numi jimage variarum nationum eruditos, verum, qui cautores erant, tacuere omnes; unus claræ memorie Corsinius commentarym aliquam de hoc numismate ſub ſpecie epiftolæ ad Cl. Chryſoftomum Trombellium Liburni 1761. edidit, atque animum, quod facile cuivis alteri in mentem primæ fronte venevit, ad Sulpiciū Antoninū Haymii adplicuit, cuius genealogiam parum firmis conjecturis nixam Inl. B. de la Baſtie jam enervavit *Science de Méd. édit. Paris 1739. Tom. II. pag. 357. & ſeqq.*

Ingenio, ut ſæpe alias, nimium atque fere Harduiniano more indulſit eo in opuſculo, exempli loco fit, nomen Druantillæ ἀπὸ τοῦ ὄντος derivatum, cui arbitriæ conjeſſioni non pauca ſuperſtruxit, ut compendio dicam, id conmemini, neque enim libellum jam ad manum habeo, me post ejus lectionem nihil plus, quam ante ſciveram, de Druantilla edoctum. Id certum habeo, ad Vranium Antoninum, qui etiam in numo aureo Sulpicii nomen tulerat, eam referri non poſſe, quia cœlatura nostri minime cum iis laudibus convenit, quibus ab laudato erudito barone pag. 352. ornatur, tantum enim abeft, ut

noster denarius elegantiam numorum Alexandri Severi adæquet, ut rudem admodum artificem omni ex parte prodat.

Numum hunc præstantiæ & raritatis singularis unicum dicere non possum, quia nuper admodum in similem musei cæfarei incidi, qui, quia fallente typario solum R V A N T I L L A. repræsentabat, a Cl. du Vallio & Froelichio in editione musei cæfarei omissus, atque *in syllabonum orum pag. CLXIV.* (male lectus: K T A N T I L L A.) indicatus fuerit, neque enim eo adhuc tempore is, de quo ago, in Ariostianum thesaurum inlatus fuerat; servit tamen cæfareus ad sinceritatem alterius conprobandam, si cui dubium aliquod de ea suboriretur, quale tamen ne minimum mihi unquam in mentem venit. Felicem antiquarium, qui hanc aliquando matronam tyrannorum alicui.

Connubio junget stabili, propriamque dicabit.





P O S T V M V S . P . F . A V G . *Duo capita jugata & laureata.*
C O M I T I . A V G . *Capita similia.* *A. Cæs. Vind.*

Subspicio moveri posset, aversam hanc errore monetarii adversæ conjunctam, adtamen quia hæc epigraphe ne cum alio quidem typo, puta Solis gradientis, tam in auro, quam in argento apud Bandurium reperitur, inter rarissimos singularibus adscribi meretur.

I M P . C . P O S T V M V S . P . F . A V G . *Caput illius radiatum.*
P R O V I D E N T I A . A V G . *Mulier stans d. sceptrum, s. cornucopiæ, innixa columnæ, ad pedes globus.* *R. musei ejusdem.*

Posticæ typus hactenus in aureis solum est observatus a bibliothecario Florentino, nec Cl. Baldinius vidit similem; quare raros inter censendus præsens.

Epigraphe & caput idem.
V I R T U S . A V G . *Hercules nudus stans d. innexus clavæ, s. arcum.* *R. musei ejusdem.*

Ob eandem rationem, propter quam superior, raritatis laudem habet, argenteus in propositis mihi catalogis non adnotatur.

I M P .



IMP. C. FVL. MACRIANVS. P. F. AVG. Caput illius radiatum.
AEQVITAS. sc̄t AVG. Dea stans cum bilance pro more. AR. de France.

Duorum augustorum meminit epigraphe posticæ apud Bandurium
typo cetera simili, si astrum demis. Inter rariores excellit.






IMP. C. FVL. QVIETVS. P. F. AVG. *Caput ejus radiatum.*
 APOLLINI CONSERVA. *Apollo stans d. ramifolum, s. lyram.*
R. Cæs. Vindob.

Syllaba una breviorem *aversæ inscriptionem*, quia in Mediobarbo deerat, adnotatione dignam judicavit Bandurius, verum quia etiam nostra longior cum ipso Apolline ibidem desideratur, eandem inter rariores *præstantiam obtinet denarius*.





IMP. C. P. C. REGALIANVS. *Caput ejus radiatum.*

LIBERALITAS. AVG. *Libertas stans d. pileum, j. bastam transversam.*

R. C. Ariosti.

Quinti Nonii Regiliani numismata ænea cum typo consecrationis merito eruditis adulterina videbantur hactenus, quid si ex hoc & sequente numo Aurelius Victor, & Pollio emendandi forent? Ut sunt barbaræ cælaturæ atque probi argenti, ita fictionis conplura præterea alia removent; etenim quis falsarius nomen & prænomen historicis ignotum elegisset potius? quis errorem epigraphes cum signo non consentientis ad AVG. adjecto G altero non sine subspicione tertii data opera admisisset? denique quis ignoti principis, si is Moesiacus tyrannus non est, duos diversi typi, et si similis barbari artificii, numeros flaviisset? In cuiusrei testimonium alterum aliqua parte fractum subjicio.

IMP. C. P. C. REGALIA --- *Caput idem.*

ORIENS. AVG. *Sol stans capite radiato d. elata, f. flagellum.*

R. de France.

Cum hunc, tum superiorem vidit Froelichius magister meus, quem tantum abest, ut aut nomen novum & scriptoribus ignotum, aut scalptoris rude opus absterreret, ut ambos utroque in museo conditos permiserit. Arbitror, si ex Moesiacâ officina non prodiverunt, Roxolanæ eos potius tribuendos esse, ubi nomen & prænomen ita adulterari poterat; si hoc non placet, novum circa hæc tempora tyrannum, de quo historicorum libri nos destituunt, ambo numi ut antiquitatis certæ, ita raritatis singularis produnt.

B b 2




IMP. VICTORINVS. PIUS. AVG. Capita jugata patris laureatum, & ut videtur, filii galeatum.

VICTORIA. AVG. Victoria dimidio corpore d. coronam f. ramum
AV. Cæs. Vindob.

Ut rarissimum atque unicum, quem Bandurius, atque ex illo Baldinius aureum Læliani protulit, augusta gaza possidet, ita hic omni ex parte singularem depictum sifit idem numophylacium, qui utriusque compilatoris solertiam effugit; tam antica, quam postica peculiari raritatis elegancia est ornata, ne inter argenteos quidem aeneos capita jugata apud Bandurium obcurrunt; an alterum filii sit hæsito, tam ob barbam magis promissam, quam quia scimus, Victorinum anno V. C. 1017. a Postumo contra Gallienum, a quo premebatur, conlegam imperii adsumtum.

Ob Dianæ protomen cum inscriptione *Adjutrix Aug.* numum ejusdem metalli inter singulares retulit Bandurius, Victoriam medio corpore & nudam quidem in numis imperatorum me videre non recordor. Adjuncta hæc numum inter rarissimos eminentem conficiunt. Id dolendum deficientibus ejus temporis historicis ignorari, ad quam victoriam pertineat, nihil enim adulatioñis aut folorum votorum subesse potest, si laudes, quibus eum summis imperatoribus comparat Trebellius ex Julii Ateriani libris, in animum inducimus.



IMP. CLAVDIVS. P. F. AVG. *Caput Claudi laureatum.*
SPES. PVBLICA. *Typus Spei consuetus.* AV. de France.

Hiatum, qui hic ex omissis Victorini junioris, Marii, & Aureoli nummis intercipientur, minime mecum ægre feret lector, ubi observaverit, ne unum quidem horum tyrannorum, sed nec Claudi quidem productum fuisse a Cl. Baldinio, qui non jam ante a Bandurio editus fuerat. Superat sterilitatem Romanæ editionis Austria numismate præsente aureo, quale argenteum solum indicavit Florentinus bibliothecarius non sine laude, magnificis etiam ex Polione adclamatiōnibus illustratum. Noster inter rarissimos, cuius classis aurei habentur omnes, excellit.





IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS. AVG. *Caput radiatum.*
CONCORD. LEGI. *Mulier stans utraque manu singula signa militaria.*
AV. Cæf. Vind.

Numum alium ob capitis similem epigraphen scilicet gentile Domitii nomen additum dilaudat Cl. Baldinius ore Bandurii, quamquam sententia ejus aliquantum inversa, quippe qui ob solam anticæ inscriptionem eum rarissimum pronunciat. Signum aversæ ab eo differt, quem inter aureos eruditus Benedictinus adnotavit, pro milite enim feminam noster exhibit, non exiguum novæ raritatis pondus.

IMP. C. AVRELIANVS. AVG. *Caput laureatum.*
FIDES MILI. *Typus priori similis.* AV. musci ejusdem.

In alio ejusdem metalli Perinl. de France typo cetera eodem legitur:
FIDES MILITVM, neutrum horum vel inter argenteos vidit Bandurius, adeo ut æneos etiam raritatis laude adsperserit, rarissimis utrumque nostrorum adcenso.

Epigrappe, &c caput idem.
ORIENS. AVG. *Sol nudus stat d. elata, s. globum, utrinque duo captivi sedentes, infra I. L.* AV. Cæf. Vind.

Sol, qui in numo cum eadem aversæ inscriptione graditur, stat in nostro, neque captivorum alterum pede premit, adjuncta hæc riorum classi eum inferunt.

IMP. C. L. DOM. AVRELIANVS. P. F. AVG. *Caput simile.*
 P. M. TR. P. COS. P.P. *Leo cristatus currens ore fulmen fert, infra*
in area astrum. *AV. musei ejusdem.*


Novum decus inscriptioni adversæ partis jam in primo numo laudatæ adcedit a titulis *Pii, Felicis*, quos nec in argenteo aliquo reperit Bandurius. Inter eos, quos cum *Trib. Pot.* profert, primus se obfert cum *Trib. Pot. III.*, ut vir celeberrimus diligenter ex numero *vi.* emendavit, noster primo imperii anno adscribendus abest undique, his si aversæ signum singulare, quale nec in argenteis aut æneis adnotatur, adjicis, numum habes elegantæ & raritatis singularis.

Epigraphe, & caput idem.

Epigraphe eadem. Leo priori similis, sed gradiens. AV. ejusdem musei.

Quinque Aurelianii numos ex Bandurio decerpit Vaillantii continuator Romanus, quintum hic do ex illis, qui eo in fonte desiderabantur. Fulmen de victoriarum celeri cursu, leonem de Aurelianii ingenio, ut eum Vopiscus describit, interpretor; superiori præstantia nequidquam concedit.





IMPERI. C. TETRICVS. P. F. AVG. *Caput laureatum patris.*
P. M. TR. P. COS. P. P. *Imp. togatus stans d. ramum, s. sceptrum.*
A. Caes. Vindob.


Reliquis ex Bandurio descriptis unum ex Gotha numaria adjecit Baldinius, duos nuspiam editos mihi addere licet; is, quem hic exhibeo, a Banduriano similis epigraphes multum discrepat, quippe in eo non solum augustus sedet, sed pro ramo globum retinet. Typus processum consularem indicare videtur, numus singulari præstantia inter rariores eminet.

Epigraphe eadem, & caput simile.
VICTORIA. AVGG. *Victoria gradiens d. tropæum.*
A. musei ejusdem.

Etsi multa præclare a Tetrico gesta testetur Pollio, Bandurius tamen nec aureum, nec argenteum, qui relatæ alicujus victoriæ indicium faceret, producere potuit; Deæ signum nec in aureo Liebei, nec in æneis cum attributo hoc minus solito conparet, ubique palma & laurea ejus manus ornant; denique in nulla simili inscriptione duorum augustorum est mentio, de Claudio vel Aureliano, etsi horum consensu Gallias obtinuisse eruditæ ostendat Cl. de Boze *Mém. de l'acad.*
de-

de bell. Lett. T. XXVI. p. 504. & seqq., cogitandum non esse, non solum monuit jam, sed demonstravit Bandurius præclaro illo argenteo numismate, cuius antica cum utriusque patris & filii nempe capitibus, ita inscripta: IMP. TETRICIS. AVGG., alium ad hujus adserptionis confirmationem nuper admodum adtulit patronus meus optimus Pellerinius *T. I. Mélang. de Méd. pag. 167.* aureum IMP. INVICTI. PII. AVGG. sine eorum nominibus inscriptum; rarissimis nostrum adnumero.






C. PES. TETRICVS. CAES. *Caput illius nudum.*
SPES. PVBLICA. *Confuetum Spei signum.* A. Cæs. Vind.

Tetrici junioris monetæ aureæ omnes rarissimæ a Bandurio pronuntiantur, quod vel res ipsa loquitur, cum hactenus unicus solum editus fuerit etiam quidem ~~cum~~ Spei typo, noster ampliore inscriptio-ne illum eximiaæ raritatis & præstantiæ a Baldinio habitum multum superat.

Pesuvius junior (id enim proprium etiam patris nomen, et si in numis jam Pivesus, jam Pivesuvius scribitur) spes de se conceptas non fecellit, ita enim de illo Pollio: *Postea omnibus senatoriis honoribus functus est --- semper insignis. Narrabat avus meus, bunc sibi familiarem fuisse, neque quenquam illi ab Aureliano, aut postea ab aliis principibus esse prælatum.*





IMP. C. M. C. L. TACITVS. P. AVG. *Caput ejus laureatum.*
 CONSERVATOR. AVG. *Castor nudus stans d. equum retinet, f.*
bastans. *A. de France.*

Dioscurorum religioni præ ceteris deditum fuisse aversa hæc loquitur, Castorem nominare malui præ fratre, quia similem typum cum epigraphe *Castor* in numis Postumi habemus; an in itinere maritimo, an in pugna equestri olim adjutorem & servatorem habuisse sibi vi-sus fit *Tyndaridum* aliquem, destituunt nos historici. Quod hoc in libro rei caput est, singulari raritatis præstantia unicus hic numus est cohonestandus, quippe qui omni in ære apud Florentinum bibliothecarium abest.



C c 2



IMP. C. M. ANNIVS. FLORIANVS. *Caput ejus laureatum.*
CONSERVATOR. AVG. *Sol quadrigas agens.* AV. Cæs. Vindob.

Trium numorum aureorum spolium ex Bandurio editioni Romanæ insertum quatuor aliis ita augeo, ut horum aliquem tribus in museis conditum, editum haec tenus a nemine sim producturus, atque adeo univerfim sex. Primus, quem hic descripsi, quia nullo in metallo est proditus, ad rarissimos est adscribendus; subspicor, ad expeditionem contra Scythes, qui se velut auxiliares Aureliani in imperii Romani ditiones infuderant, cum fratre uterino Tacito suscepit epigraphen relatam fuisse.

VIRTVS. FLORIANI. AVG. *Protome ejus laureata d. bastam, s. clypeum sustinens.*

PERPETVITATE. (sic) AVG. *Mulier stans d. globum, s. bastam columnæ innixa.* AV. Cæs. Vind.

Numerus prolium tam a Tacito, quam Floriano relictorum monetariis præclaram hanc aversæ epigraphen persuaserit, quæ non minus, quam adversæ tam typus, quam inscriptio nec inter aureos nec inter argenteos a Bandurio conlectos recensetur. Superiori raritate & elegantia præstat.

IMP. M. ANNIVS. FLORIANVS. AVG. *Caput ejus radiatum.*

SECVRITAS. AVG. *Mulier stans s. bastam tenens, in area R. I.*
AR. Can. S. Flor.

Quia sola *Securitas Sæculi* hoc in metallo in sæpe laudato catalogo re-censetur, rarioribus est adnumerandus. Securitatem hanc promittere sibi forsan potuisset Florianus, utpote qui, dum Tacitus in senatu ob ætatem imperium detrectaret, in eo gravissimo confessu inter alias adclamations Tacito factas publice his verbis est laudatus: *Habes prudentiam & bonum fratrem*, promittere, inquam, sibi potuisset, nisi imperium velut hæreditarium sine senatus autoritate adripuisse.

VIRTVS. FLORIANI. AVG. *Protome Floriani laureati d. basiam f. clypeum.*

VIRTVS. AVGVSTI. *Mars nudus gradiens d. basiam, f. tropæum in numero ad pedes captivus.* *A. Can. S. Flor.*

Ad bellum contra Scythes cum fratre gestum referri debet rarissimus hic numus, in quo virtutem Floriani in Martis protectione stabilitam ostendere voluisse videntur monetales præfecti. Id autem miræ sane felicitatis est, præstantissimum hoc numisma, quod apud alios abest undique, triplice exemplo in Austriaca numophylacia conmigravisse, adservatur enim præterea & in cæfareo, & de Franciano.



C c 3



INVICTVS. PROBVS. P. F. AVG. *Protome Probi laureati d. globum cum Victoriola insidente.*

GLORIA. ORBIS. *infra. C O S. V.* Sexiga triumphalis obversa, in qua Imp. d. extensa bacillum, coronatur ab adstante Victoria, circa currum quatuor pedites cum ramis, extimos equos ducunt bastati duo milites.

R. Max. formæ. C. Arioſti.

Pretiosissimum hoc numisma seu argenti puritatem & pondus, quo drachmas quinque, granā viginti tria æquat, seu elegantissimum typum spectem, et si triumphum de Germanis & Persis, aliisque populis Romæ actum exhibeat, monumentum tamen illius anno V. C. 1034. exeunte forsan absolutum repræsentet est necesse consulatum V., qui cum anno 1035. congruit, inferiore numi parte signatum, etenim anno superiore altissima pace fruebatur Romanum imperium, hoc vero non nisi adparatus ad bellum Perficum fiebant, contra quos tamen, Sirmii sub Augustum, aut Novembrem cæsus Probus expeditionem suscipere non potuit.

Confirmat id ipsum epigraphe aversæ, etenim triumphalibus ejusmodi numis aut devictæ gentis nomen puta *de Sarmatis*, provinciæ, ut *Dacia Capta*, aut *Victoriæ* solum titulus inscribebantur; præsens ad hoc tempus insolens, neque deinceps, nisi adjecto: *Terrarum*, usitatus monumentum spirat Probo excitatum.

Magnificam fane eam pompam æternitatem in ære aut marmore promeruisse, ut de spectaculis editis, quæ fusi persequitur Vopiscus, nihil dicam, vel sola victorum gentium: Francorum, Legionum, Vandalarum, Burgundorum, Sarmatarum, Gothorum, Blemyarum, Persarum nomina faciunt, præsertim cum, ut loquitur Vopiscus, *omnium barum gentium drungos* (globos nempe militares) usque ad *quinquagenos homines ante triumphum duxit*. Unicum hoc numisma omne pretium superat.

I M P . C . M . A V R . P R O B V S . P . F . A V G . *Caput Probi radiatum.*
P . M . T R I . F . C O S . I I I . *Probus in quadrigis, s. sceptrum cum aquila.* *A. de France.*

Quæ illico dixi, numus singularis præstantiæ mirifice confirmat, hic nempe ipsam triumphalem pompam synchronus, ut ita loquar, celebrat, etenim Probi consulatus III. in annum V. C. 1032. incidit, quo triumphavit; nec Bandurius etiam in argento, nec Baldinius vedit similem.

V I R T V S . P R O B I . A V G . *Caput ejus galeatum.*
Epigraphe & typus idem. *A. Musei ejusdem.*

Biga hæc numorum mirum in modum dives numophylacium Viri ornatissimi, dum viveret, jam clarissimæ memoriarum inlustrat, hic præterea, ut magnificentiam Romanam in variatis pro eodem arguento typariis etiam posterioribus his temporibus ostendit, ita ob anticam raritate insigni superiorum multum superat.

I M P . P R O B V S . A V G . *Protome Probi d. bastam s. clypeum tenet, in quo eques captivum prosternens calatus.*

S O L I . I N V I C T O . C O M I T I . A V G . *Caput Orientis radiatum.*
A. Cæs. Vind.

Nec epigraphen, nisi medium, nec caput solum Orientis aliqui argentei, Mediobarbo ignoti apud Bandurium referunt, aureos frustra nostro similes quæsiveris. An ad Persas anno V. C. 1032. compressos, an ad iter, quod ob eorundem rebellionem postremo im-

perii anno cogitabat, referendus fit numus, dubium est, illud certum, rarissimis esse adcessendum.

I M P . P R O B V S . P . F . A V G . *Caput laureatum.*

V I C T O R I A . G E R M . *Tropaeum inter duos captivos.*

A. Musei ejusdem.

Argenteos similes, qui tamen in Mediobarbi conlectione desiderabantur, tres adnotavit Bandurius, aureum nec Baldinius vidit. Ad numum hunc inlustrandum aliqua ex epistola laureata a Probo ad senatum data ex Vopisco decerpere placet, ita ille: *Subacta est omnis, qua late tenditur, Germania, novem reges gentium diversarum ad meos pedes imo ad vestros supplices, stratique jacuerunt. Omnes jam barbari vobis arant, vobis jam ferunt, & contra interiores gentes militant. ----- Quadraginta millia boſtium cæſa sunt, & ſedecim millia armatorum nobis oblata, & ſeptuaginta urbes nobiliffimæ a captivitate boſtium liberatæ &c.*

I M P . C . M . A V R . P R O B V S . A V G . *Caput idem.*

V I C T O R I A E . A V G G . *Victoria in bigis d. flagellum, f. frena.*

A. Cæſ. Vindob.

Nullæ uspiam bigæ in Bandurii conlectione observantur, simili epigraphe aut quadrigæ, aut duæ Victoriæ stantes junguntur; illud singularē, duorum auguſtorum mentionem fieri, cum tamen conlegam aliquem Probi ignoremus, ad auguſtam vero, ut subinde alii tituli puta: *Concordia*, laus bellica referri non poſſit; quare aut de lapsu ſcalptoris, aut de permuto typario cogitari debet, quidquid fit, ex rariorū claſſe propterea expungi non poſteſt.

I M P . P R O B V S . A V G . *Protome laureati cum baſta.*


V I C T O R I O S O . S E M P E R . *Probo d. fasciculum f. ſceptrum gerenti ſubplicant quatuor captivi: duo flexis genibus, duo ſtantes. Inferius corona.*

A. de France.

Retulit numum ſimilem Bandurius ex Mediobarbo, hic vero, ut ad ultimum fontem veniamus, ex Patini theſauro, qui illum etiam in
cæla-

cælata imagine pag. 14. spectandum exhibuit. Rarissimum & singularem hunc deprædicat bibliothecarius Florentinus, nosfer tam ob epigraphen & anticæ typum diversum, quam ob posticæ aliquam variationem majore præstantia præcellit. Explicationem Vaillantii, qui numum post victos Proculum & Bonosum tyrannos cusum judicat, non respuo; Id certum, sicut in aliorum imperatorum titulis adulationis non nunquam fuit quam plurimum, ita Probo hic cælatum omni jure competere, qui in tot cum diversis gentibus confertis præliis pugnavit nunquam, quin vicisset.





M. A.V.R. NUMERIANVS. NOB. C. *Caput ejus laureatum.*
PRINCIPI. IVVENT. *Cæsar stans d. ramum, s. bastam.*
AV. de France.

Aut anno V. C. 1035, aut sequentis prioribus mensibus cufus est hic numus, sub cuius mensem Augustum augusti titulum combinatis cum legibus, quæ eorum nomina præferunt, tum numis aliisque monumentis, a patre filii obtinuere. Rarissimis est adnumerandus non solum, quod aureus cum hac inscriptione nunquam fuit editus, sed præterea quod argenteorum cum hoc titulo nullus simili typo est procusus.





I M P . C A R I N V S . P . F . A V G . Caput ejus laureatum.

F I D E S . M I L I T V M . Mulier stans utraque manu singula signa militaria.

A. C. F. Vindob.

Etsi natu major Cari filius fuerit, Numeriano postponitur, quod hic extinto in expeditione Persica patre a majore parte exercitus imperator renunciatus fuit, dum Carinus luxuria in Galliis disfluebat. Adeo similis typus hactenus solum in argento, quare aureus rarioribus adscendens.


I M P . C . M . A V R . C A R I N V S . N O B . C . Caput ejus laureatum.

V I C T O R I A . A V G G . Victoria stans coronat imperatorem adstantem, qui dextram porrigit duobus genu flectentibus. Infra astrum.

A. de France.

An Carus, an Carinus hic a Victoria coronetur, grave est dubium, aliquid a Carino gestum esse Bucherius noster Belg. Rom. L. VI. c. 3. conjicit ex Olympii Nemesiani Cynegetico, ubi de eo, & fratre edomitas gentes canit v. 68. *qua Rhenum, Tigrimque bibunt, Ararisque remotum principium;* neque plura ex aliis scriptoribus constant. Similem epigraphen typo minus magnifico de Sarmatica Victoria a Caro relata explicat Bandurius, & sane subplices illi duomagis cum ea congruunt, qua decem & sex millia hostium cæsa, viginti capta sunt, pace paucos intra dies restituta. Abest rarissimus hic numus in compilatione laudati Benedictini.

Dd 2



M A G N I A . V R B I C A . Caput illius.

P U D I C I T I A . A V G . Mulier sedens d. vultui velum obducit, s. bastam transversam tenet.
A. Cæs. Vind. & de France.

Per varios thalamos circumducta fuit augusta hæc matrona , Occo & Angelonius Maxentio ita adtribuerunt, ut Romulum Aurelium ejus fuisse filium non dubitaverint , iisdem consensit hæsitans tamen Tristanus, atque cælaturæ ratione fere ad hoc inductus eorum somnia rejicit , qui de Magnentio, aut Decentio cogitaverunt, idem torrens opinionis receptæ , ut vulgo fit , etiam Inl. Mediobarbum abripuit. Qui primum servitutis jugum excusfit, medicus erat Gallus , hic peculiari dissertatione Parisii edita 1704 eam Caro adscripsit.


Rationes , quæ hoc persuaserant, potissimum erant literæ & numeri, qui in inferiore segmento se etiam in Carini & Numeriani monetis obferunt præter consentientem scalpturæ modum; magnum pondus addidit numisma formæ maximæ cum eadem epigraphe, quæ in nostris est, typo tamen diverso, quippe præter mulierem aliam Pudicitæ adsistenter, duo pueri prætextati ad pedes adsistunt, hos eo certius Carinum & Numerianum arbitrabatur vir eruditus , quod Carino , ut volebat , primum Harduinus , minus convenient duæ proles, utpote de quo Vopiscus: *uxores ducendo ac rejiciendo novem duxit, pulsis plerisque prægnantibus.* Idque intra anni & aliquot mensium spatium.

Sententia hæc deinceps ita obtinuit, ut Baldinius hic: *Magniam Vrbicam restitutam Caro - - - numograpbi cum plausu vident.* Verum plausus hos omnes conticescere fecit, quis credat, numus minimæ formæ æneus, sed crassior & elegantia illis nihil concedens; quos maximi moduli velut inter museum gemmas habemus, in hoc Magnia in aversa anticæ jungitur, in qua protome laureati & galeati Carini d. equum, s. scutum retinentis præclaro artificio exhibetur, produxit singulare hoc cimelium anno 1755 in epistola ad academiam Hetruscam Cortonensem data Inl. Baro Philippus de Stosch, patronus meus, dum viveret, maximus.

Ab hac opinione multo probabiliore tantum abest, ut me dimoverint observationes Cl. Belley *Hist. de l' Acad. des belles Let. T. XXVII. pag. 154. &c seqq.*, ut potius aliquot abhinc mensibus eam ab infectis per amicissimum Gallum scrupulis peculiari diatriba liberatam, etiam plurium eruditorum non vulgari adprobatione confirmaverim.

Quod numos nostros adtinet, præstantiores inter rarissimos, quales hujus augustæ habentur aurei omnes, locum merentur, quia cum hac epigraphe ne in argento quidem aliquis a Bandurio est adnotatus, apud quem alioquin non nisi tres aversarum partium typi nobilissimo in metallo legebantur.






IMP. C. IVLIANVS. P. F. AVG. *Caput illius laureatum.*
LIBERTAS. PVBLICA. *Mulier stans d. pileum, s. cornu copiae.*
R. Cæf. Vind.

Aureum simile ex Bandurio descriptum rarissimi & prorsus singularis laude ornat Cl. Baldinius, noster et si metallo inferior, quia tamen in catalogo bibliothecarii Florentini inter denarios nullus ejusdemodi legitur, dignitate par est habendus. Venetus hic tyrannus Pannoniis adjutus audita Numeriani morte susceptam imperatoris personam in campis Veronensibus cum vita posuit.





DIOCLETIANVS. AVGVSTVS. *Caput Diocletiani laureatum.*
COMITATVS. AVG. *Duo Augg. in equis d. elata, s. bastam, vel*
sceptrum gerunt. *A. de France.*

In unico solum Fl. Val. Constantii numo, si per omnes tres Monetas musea excutis, inscriptio hæc & typus se in conspectum dederunt, ad quem aureum velut ad prodigium exclamat Bandurius: *epigraphe nova, & in Mediobarbo deest; numus ipse elegantissimus & singularis.* Anterioris temporis atque ejusdem metalli hic fisto, illum ad annum V. C. 1045. refert, quo Chlorus Nicomediae omnibus augustorum titulis a Diocletiano auctus est.

An non noster ad idem tempus, an vero ad annum V. C. 1039, quo Maximianus conlega adsumptus, iisdem honoribus auctus est, potius pertineat, dubitari posset; ad illud invitat cum capitinis epigraphe: *Constantius N. C.*, tum quod in hujusmodi casu typi iudicem tam promoti, quam promoventis monetæ adhiberi fuerint soliti: ad anterius vero tempus magis adlicit, quia in nostro unius solum augusti, in Banduriano duorum fit mentio. Ex his, quæ differui præstantissimi numismatis pretium satis liquet.

Epigraphe & caput idem.

CONCORDIAE. AVGG. N. N. *Impp. duo sedentes, in medio stans*
altior Victoria ambos coronat. *R. ejusdem musei.*

Stantes duos imperatores supervolitante Victoria Bandurius, atque ex eo Baldinius in auro nobis exhibuit, sedentes ille in denariis repraesentat, nulla Victoriae imminentis facta mentione. Aureum Bandurius rarissimis adcepset, noster hos ipsos inter singularis est.

Epigraphe, & caput idem.

COS. IIII. Imp. eques d. elata.

A. de France.

Consulatum quartum Diocletianus init V. C. anno 1043; expeditio ne Sarmatica, aut Africana distentum typus indicare videtur. Nullus istiusmodi vel inter argenteos a Bandurio est productus, praesens rarissimus est adscribendus, quia omnes hoc consulatu insignes proconsulatus meminerunt præterea, atque imperatorem togatum vel sedentem, vel stantem representant.

Omnia in antica eadem.

CONSVL. IIII. P. P. PRO COS. Imperator togatus stans d. globum, s. sceptrum vel parazonium.

A. Musæ ejusdem.

Ad commendationem singularem Austriae est, uno velut missu quatuor numos ejusdem imperatoris eodem ex museo proponere, qui diligentissimorum antiquariorum oculos fuderant hucusque, istiusmodi est, quem hic exhibeo; feminam, quæ d. globum tenet, cum hac quidem inscriptione, anticæ tamen alia, Bandurius exhibuit, in aliis consul augustus sedet; neve quis subspicetur, lapsu aliquo calami stolatam figuram pro togata positam, dubium eximit col. 2. pag. 6. consequens cum consulatu VII, ubi figura muliebris cum globo describitur. Rarissimorum classem auget numus praestans.

XMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Caput ejus lau-reatum.

IOVI. CONSERVATORI. Iuppiter nudus stans d. Victoriam s. bastam.

A. de France.

Numos cum hac epigraphe & Jove d. fulmen gerente rarioribus adscribit Bandurius, quia vero nullum exhibit, in quo Jovis signum pro fulmine Victoriam gestat, rariorum pretium transcendent praesens.

DIO-

DIOCLETIANVS. AVGSTVS. *Protome laureati d. bastam s. clypeum.*
Epigraphe eadem. Juppiter nudus stans d. fulmen, s. bastam, ad pedes aquila, in area 2, infra s. m. A. *A. Muſei ejusdem.*

In laudato ſæpius catalogo nuspia hæc averſa ſimili anticæ ſeu epigraphen, ſeu caelaturam ſpectes, conjungitur, abeft præterea in omnibus, ut de diuersis ſiglis nihil dicam, aquila.

Epigraphe eadem. Caput laureatum.

Epigraphe & typus idem, in area 3. Infra t. A. Cæf. Vindob.

Ob aquilæ præſentiam & ſiglas alias ſua laude non caret.

DIOCLETIANVS. P. F. AVG. *Caput laureatum.*

Inscriptio eadem. Juppiter ſedens d. fulmen, s. bastam, ad pedes aquila rostro coronam gerens. Infra p. R. *A. Cæf. Vindob.*

Quanta typorum varietas eadem manente epigraphe! Quot quot *Ioannis Conservatoris* ſigna repræſentat Bandurius, ſtant omnia, neque ſedentis majestatem æquant. Numus de rariorū eſt numero.

DIOCLETIANVS. AVGSTVS. *Caput laureatum.*

IOVI. CONSERVATORI. AVG. *Juppiter ſeminudus stans d. fulmen, s. bastam, in area 3. Infra t. s.* *A. Ejusdem muſici.*

Quos Bandurius adnotavit aureos, duorum auguſtorum mentionem omnes faciunt, tacetur præterea de aquila.

IMP. DIOCLETIANVS. AVG. *Protome capite radiato, d. ſcipionem.*

PRIMIS. X. MVLTIS. XX. *Dua Victoriae clypeum palmæ adpendunt, in quo VOT. X. FEL., infra XXI. e.* *A. de France.*

Prima decennalia cum anno V. C. 1046. congruunt, quo Conſtan-
tiuſ contra Carauium profeeturus plures Galliæ populos circa Scal-
dim ſubegit, hæ ipſæ victoriæ ad ſingularem noſtrum numum exor-
nandum contribuerunt, cujus elegantiam & raritatem ut quis adeu-
ratius pernoſcat, ad duo advertat, oportet, atque primum ad nu-

E e

mum aureum, quo prima xx. indicantur apud Bandurium, rarissimum eum habet communi, ut solet, cum illo sententia Baldinius, et si typus præter Jovem stantem singulare nihil exhibeat, illud enim adjectum IOVI. AVGUSTI. per nostra VOT. X. FEL. abunde compensatur.

Alterum est, hanc epigraphen nec in auro, nec in argento adnotatam, obcurrere solum apud eruditum Benedictinum inter numos æneos incerti moduli pag. 42. col. 2., eum tamen non obstante infimo metallo rarissimum haberi, et si solum Jovem iterum exhibet, nihilque de VOT. X. FEL. conmemoret, ut de reliquo adparatu nostri nihil adtingam; hæc omnia exquisitissimi pretii cimelium conficiunt.

DIOCLETIANVS. AVG. *Caput ejus laureatum.*

VICTORIA. AVGG. *Castra præatoria, aut porta urbis, præ qua quatuor milites ad tripodem sacra faciunt.* AR. Cæf. Vind.

Cum hæsitatione de castris prætoriis, quibus adsueverunt antiquarii, scripsi, propter ea, quæ Cl. Masseius Veron. Inl. P. I. col. 147. ad numum Maximiani adnotavit. Ad victoriam Sarmaticam pertinere videtur numus, cuius epigraphes utrumque a Baldinio laudatum idem augustum museum possidet, raritate ad horum postremum adcedit, cum ne similis quidem in Bandurii conlectione reperiatur.

DIOCLETIANVS. P. F. AVG. *Caput idem.*

VIRTVS. MILITVM. *Castra præatoria. Infra P. R.*

A. de France.

Nullus hujusmodi aureus productus est hactenus, nec argenteus obvius; rarioribus citra dubium adnumerandus.



I M P. C. M. A. M A X I M I A N V S. A V G. *Caput ejus laureatum.*
C O N C O R D I A E. M I L I T V M. *Mulier stans utraque manu singula
signa militaria. Infra s. t. & astrum.* **A V. C æ s. Vind.**

Eiusdem metalli numum cum epigraphe **C O N C O R D. M I L I T. F E-
L I C. R O M A N O R.** rarissimis & singularibus adscripsit Bandurius,
noster huic non multum concedit, quia cum hac inscriptione & ty-
po inter plurimas hujus augusti monetas omni in ære desideratur.

M A X I M I A N V S. A V G V S T V S. *Caput idem.*
C O S. III. *Imperator eques d. elata.* **A V. C an. S. Flor.**

Secundum , quartum , sextum , octavum Maximiani consulatum
in aureis numismatibus hactenus solum habuimus, primum hiatum
noster inplet, non sine spe quintum etiam aliquando in lucem protra-
hendum, de septimo enim mox agam. Typus rarissimi hujus nami,
quippe in nullo metallo apud Bandurium adnotati , explicationem
Baldinii, ex eodem Benedictino exscriptam, de numo, qui consu-
latum II. cum simili typo præfert, convellere videtur, cum enim
Maximianus III. consulatum inivisset V. C. anno 1043., neque supe-
riore anno præter inutilem contra Carausium expeditionem aliquid
ab Herculio gestum conmemorent historici, vehementer dubito,
an typus geminus cum nostro de ovatione rite explicatus sit.

M A X I M I A N V S . A V G . *Caput simile.*

C O N S V L . V I I . P . P . P R C O S . f c . *Infra SIS.* Imperator habitu consulari stans d. globum, s. volumen vel sceptrum. A V . C æ s . V i n d .

Non parum inlustre est ad gloriam museorum Austriacorum tam diu intermissam fastorum, ut ita loquar, lacunam ab secundo ad ix. consulatum Maximiani fere expletam. Septimum processit Herculius V. C. anno 1056. Numatis nullo in ære apud Bandurium recensitus, rarissimis par haberi debet.

M A X I M I A N V S . P . F . A V G . *Caput ejus laureatum.*

F E L I X . I N G R E S S V S . S E N . A V G . *Roma sedens d. clypeum, in quo V O T . X X X . , ad cuius sellam alius clypeus, s. bastam.* Infra. P. R. A V . C æ s . V i n d o b .

Unicum & omni auro magis pretiosum numum post primam imperii abdicationem ob additum S E N . A V G . , in quo indicio antiquarii omnes conveniunt, cusum repræsento, is per epigraphen averſæ nunquam visam præclare conprobat, Maximianum purpuram resumisse anno V. C. 1059., postquam eam Mediolani an. præcedente calendis Maji posuisset, id, quod per conjecturas solum determinavit Tillemontius N. x i v . ; & quod amplius est, tempus aliqua ratione designat, cum enim augustus renunciatus sit anno V. C. 1039. calendis Aprilis, atque nostro in numismate tricennalium votorum, nempe susceptorum fiat mentio, necesse est eum exeunte Martio purpuram induisse.

Ajebam superius, epigraphen nunquam visam, etenim satis nota sunt inscriptiones: *Felix Adventus*, aut *Felix Processus*, dum de consulatibus res est; adtamen nec in Bandurio, nec alibi, quod scio, *Felix Ingressus* adnotatus est. Si quid video, existimo, novo hoc vocabulo non tam ingressum in Vrbem ex Campania, quam ingressum in tertium decennium, id, quod post abdicationem novum quid erat, designari.

Epigraphe ♂ caput idem.

HERCVLI. COMITI. AVGG. ET. CAES. N. N. Hercules nudus stans s. nixus clavæ d. exuvias ♂ pomum vel globum. Infra p. R.
AV. Musei ejusdem.

Rursus in omni ære Bandurii oculos effugit rarissimus hic numus, quemadmodum Jovi Jovius Diocletianus, ita Herculii Herculius Maximianus peculiari religione devotus erat, unde in ejus monetis præclaris agnominibus Herculem jam *Conservatorem*, *Debellatorem*, jam *Invictum*, *Paciferum* leges, nunquam vero *Augg. Comitem*.

M A X I M I A N V S. A V G. *Caput idem.*

HERCVLI. DEBELLATORI. Hercules d. clavam intentat hydrae,
s. eam retinet. • R. C. Ariosti.

Obcasione triumphi de Persis, aliisque populis vicitis in annum xx. Diocletiani dilati Maximiano, qui Herculius dicebatur, istiuscetodi statuam positam fuisse subspicor, quam subinde triumviri in monetam transtulere. Aureum cum hoc signo, qui item in museo cæsareo adseratur, Baldinius in riorum classe, forsan nimis rigidus, constituit, argenteus uspiam observatus, si non majorem, parem certo laudem promeretur.

M A X I M I A N V S. P. F. A V G. *Caput Valerii leonis exuvii teatum.*

HERCVLI. DEBELLAT. *Typus fere similis argenteo; Infra p. ROM.*
AV. de France.

Ut suum pretium jam a postica habet, præfertim quia cum abrupto vocabulo nullus uspiam recensetur, præstantiae & raritatis singularis encomium ab anticæ typo sibi vendicat; Ne illud omittam, videri per figlas in inferiore segmento conjectiōnem meam de statua confirmari, quas potius: *Populus Romanus*, quam *Percussa Romæ* legendas arbitror.

M A X I M I A N V S. A V G V S T V S. *Caput simile.*

P. M. T R. P. P. P. *Imp. stans d. elata s. bastam, utrinque duo signa militaria defixa.*
AV. Cæs. Vind.


Nec in auro, nec in argento titulorum *Pont. Max. Trib. Pot.*, & quidem primum aditæ fit mentio in catalogo eruditii Benedictini, æneum tertiae formæ cum *Trib. Pot. VIII.* rarissimis adnumeravit, his si adcedit præstantia nostri typi, in quo Maximianus tanquam princeps juventutis repræsentatur, inter rarissimos singulare elegancia eminebit.

Ne quem advertat, me Principem Juventutis cum Augusti titulo conjungere, etenim ut supra ad pag. 168. monui, Cl. Pellerin. *Mé lange de Méd. T.I. pag. 168.* ex numo aureo Probi ostendit, eos imperatores, qui non ante supremam dignitatem cæsares renunciati erant, titulum hunc cæsaribus proprium adsumpsisse. Optandum foret, ut in nostro præ alia epigraphe legeretur, tum enim graviore argumento dubium illud dissolvi posset, an Maximianus V. C anno 1039. calendis Aprilis (ad quod tempus numus noster referendus est) ita in imperii societatem adlectus fuerit, ut nec hoc, nec superiore anno cæsar creatus fuerit.

I M P . M A X I M I A N V S . A V G . *Protome laureati bumerof., ut videtur, exuvias leonis d. clavam.*

V I R T V S . A V G G . *Hercules & Juppiter stantes dextras jungunt.*
A. de France.

Denarium cum simili parte averfa pag. 53. loco ultimo rarissimorum classi Bandurius adseruit, neque satis mirari possum, eum a Baldinio transcriptum non fuisse, aureum neuter vidit; typus Jovii & Herculii summam in imperio concordiam indicat, ob quam etiam fratres, ut ex Lactantiorde *Mort. Persec. c. 8.* discimus, dicebantur, et si nulla cognatione juncti. In averfa haec tenus me detinui, elegantiæ gravissimum momentum anticæ cælatura adjicit, qualem non nisi in unico regio repræsentat bibliothecarius Florentinus pag. 51. col. 2. *initio*, verum ibidem obviae parti posticæ conjungitur. Nullam hujusmodi protomen adnotavit Baldinius.



CONSTANTIVS. CAESAR. *Caput laureatum Chlori.*

HERCVLI. CONSERVATORI. *Hercules nudus stans, d. ramum s. clavam erectam cum exuviiis. Infra s. m. AQ.* *AV. Cæs. Vind.*

Omnes Monetæ hanc epigraphen & typum singularem celaverunt antiquarios, auro flando præfecta, sororum nempe nobilissima, pri-
mum cæsarea gaza dignum existimasse videri potest. Rarissimorum nu-
merum auget. Explicationem tamen Baldinii nec huc pertinere exi-
stimo, nec probare possum univerfim, quis enim numum alterum Jo-
vi Conservatori Aug. inscriptum ad calendas Martii anni V. C. 1045.
referet, quo Constantius & Maximianus Galerius Nicomediae cæfa-
res renunciati sunt?

IMP. CONSTANTIVS. P. F. AVG. *Caput ejus laureatum.*

IOVI. CONSERVAT. AVGG. *Juppiter solito typō stans sine aquila. Infra p. r.* *AV. Quin. Cæs. Vind.*

Nullus cum simili epigraphe & typo vel inter denarios, ut per ca-
tachresin aureos majores nominamus, seu apud Bandurium, seu apud
Baldinium adest, quare rarissimus adcentendus; ipsa inscriptio do-
cet, eum post calendas Maji anni V. C. 1058. signatum fuisse nullo
certo reliquo chronologiæ indicio.

D. N. CONSTANTIO. NOB. C. *Caput laureatum.*

PRINCIP. IVVENTVTIS. *Ipsē habitu militari stans d. signum mi-
litare s. bastam.* *AV. Con. S. Floriani.*

Rarissimum eum pronunciat Baldinius, qui cæfarem d. spiculum, s. globum gerentem repræsentat, noster, quem nec Bandurius vidit, majoris pretii haberi debet.

C O N S T A N T I V S . N O B . C . Caput laureatum.

V I R T U S . A V G . Vir nudus (*ut videtur Hercules*) cervum cornibus prebensum sternit. Infra TR. A. de France.

In gratiam Herculii conlegæ typus aversæ adsumtus videtur, inter cujus numos aureos quinque similes referuntur a Cl. Bandurio *pag. 51.* rari omnes pronunciati. In singularium classem adscribendus est, quem depictum præfixi, quod in omni ære abest in recensione Bandurii de Constantii Chlori moneta agentis.



F L.



FL. HELENA. AVGSTA. *Caput diademate cinctum uxoris Constantii, matris Constantini.*


SECVRITAS. REI. PVBLICE. *sic. Mulier stans d. ramum protendens, infra s. M. T.*

A. de France.

Unicum hunc aureum ex Mediobarbo suo catalogo inseruit Bandurius non sine rarissimi encomio, noster & in ipsa epigraphe, & in siglis infimi segmenti, ubi ille s. TR. exhibet, diversum quid habet, quare ex classe non editorum est.



Ff



SEVERVS. AVGVST. *Caput laureatum Val. Severi.*

CONCORDIA. AVGVST. CAES. *in area B. Infra ALE. Mulier capite tutulato stans d. pateram, s. bastans.* *A. de France.*

Aureos duos hujus principis, ut omnes sunt rarissimi, ex Bandurio in suum subplementum transtulit Baldinius, ubi tres ab his diversos prodidero, de singulari museum Austriacorum magnificentia nemo dubitare poterit. Primus, quem hic descripsi, omni in ære abest; id dubitari posset, an per cæfarem hic Maximinus, an Constantinus designetur, quia Galerius Maximianus, etiam si jam a patre Constantio designatus, a militibus adclamatus esset augustus Constantinus, eum ad cæsarum ordinem redactum volebat, ea ipsa rerum constitutio arguere videtur, velut populus Romanus Constantini cæfaris cum intruso Severo concordiam exoptaret.

SEVERVS. NOB. CAES. *Caput idem.*

FELICITAS. CAESS. NOSTR. *Mulier sedens d. caduceum, s. cornu copiæ. Infra AQ.* *R. Cæf. Vind.*

De Maximino altero cæsarum hic indicatorum rem esse, dubium mihi nullum; numus, qui in nullo ære uspiam adnotatus fuerit, primi ordinis esse debet unicus.

Epigrapbe, & caput idem.

PRINCIP. IVVENTVTIS. Cæsar fians d. globum, s. bastam,
pone duo signa militaria. Infra s. M. D. a. A. Musei ejusdem.

Unici præclarissimo encomio etiam postremus hic gaudet: ad annum
V. C. 1058. referri potest summæ raritatis numus, quo post Con-
stantium & Galerium Maximum augustos declaratos in spem impe-
rii, & ad formam rei publicæ tum cœptæ Severus & Maximinus
vulgo Daza cæsares adsumti sunt.



Ff 2



M A X I M I A N V S . N O B . C A E S . *Caput Galerii laureatum.*

C O N S V L . C A E S S . *In area z , infra t s . Cæsar togatus d. globum
ſ. ſceptrum gerit.* *A V . de France.*

Quatuor aureos aliqua dignitate conspicuos solum conrafisit Cl. Baldinius, septem hic repræsentabo, quos nec Bandurio videre licuit. Ne in ignobiliore quidem metallo hujus principis consulatus fit mentio, præsens quia omni numero destituitur anno V. C. 1047. congruit, quo primum cum Constantio cæsare consul processit Galerius, Numus inter rarissimos excellit.

M A X I M I A N V S . P . F . A V G . *Caput simile.*

F E L I C I T A S . S A E C V L I . A V G G . N . N . *Duae Victoriae clypeum
laureatum tenent , in quo V I C . A V G G . Infra s . M . A Q .*

A V . Cæf . Vindob .

Vix alteri anno, quam V. C. 1058. attribuere possum numum hunc raritatis & elegantiæ singularis ob posteriores augustorum quatior, vel si placet, sex etiam conlisiones ; hoc enim anno Constantius & Galerius augusti calendis Maii constituti sunt prope Nicomediam, victoria etiam Sarmatica Constantini cæsaris virtute sub auspiciis Galerii obtenta reliquam epigraphes partem compleat, si tamen alicui placet sæculi felicitatem hanc in annum V. C. 1060. conjicere, quo a Galerio Licinius augusti titulo est ornatus, victoriam aliquam designet oportet, cui aversæ typus congruat.

MAXIMIANVS. NOB. CAES. *Caput idem.*

IOVI. CONSERVATORI. *Juppiter præter pallium nudus stans d.
fulmen s. bastam. Infra s. M. N.* *A. de France.*

Idem numus conditur in gaza cæsarea, ambo ad id tempus, ut probabiliter de suo aliquo, in epigraphe diverso, monuit Bandurius, referendi sunt, quo a Diocletiano Iovio Galerius in cæsarum familiam receptus est. Supra rariores eminet.

MAXIMIANVS. AVGVSTVS. *Caput Galerii laureatum.*

IOVI. CONSERVATORI. N.C. *Typus idem, qui in superiore.*
A. Cæs. Vindob.

Cum anno V. C. 1058. congruit, quo Maximinus a Diocletiano, ut Severus a Maximiano Herculio cæsares dicti sunt; numus, qui nuspian adnotatus est, raritate par est superiori.

MAXIMIANVS. NOB. CAES. *Caput idem.*

ORIENS. AVG. *Sol palliatus gradiens, d. elata, s. flagellum. Infra
SIS.* *A. de France.*


Bandurius inter aureos simili typo numum refert, sed cum inscriptione AVGVSTO R., capitis item epigraphe aliquantum diversa; inter æneos tertiae formæ, quorum typaria fere aureis feriundis etiam sunt adhibita, alterius meminit pag. 142. col. 1. eumque raris adcenset, noster rarioribus minimum est adnumerandus, si non majus illi pretium adsignandum propterea, quod præclaram illam Galerii expeditionem Diocletiani auspiciis suscepitam indicat, in qua anno V. C. 1050. duobus potissimum præliis altero ad Carrhas, altero in Armenia edito Persas ita fregerit, ut Narses quinque amplis provinciis ad Tigrim usque Romanis cedere fit coactus.

Epigraphe & caput idem.

PRINCIP. IVVENTVT. *Ipse habitu militari stans d. versus si-
gnum militare defixum elata, s. bastam. Infra P. R. A. Can. S. Floriani.*

Et epigraphe & typo noster ab eo differt, quem Baldinius ex Bandurio decerpsum rarissimus inseruit, ejusdem præstantiæ præsentem habeo.

Ff 3



MAXENTIVS. P. F. AVG. *Caput illius nudum & obversum.*
TEMPORVM. FELICITAS. AVG. N. *Lupa cum gemellis.* *Infra*
P. OST. *A. Can. S. Floriani.*


Ob insignem anticæ præstantiam eximiae raritatis numisma depictum
 ipsis oculis subjicio, ad laudis cumulum adcedit averſæ tam epigra-
 phe quam cælatura, quas in nullius aliis augusti monetis conjun-
 çtas videbis, argenteum similem rarissimis adscripsit Bandurius, au-
 reus sub nullius conspectum venit hactenus. Ut epigraphe mendacii
 est plenissima, dum cædibus & libidinibus fœdaret omnia, ita posti-
 cæ typum ad Romulum filium cæfarem adludere existimo.

MAXENTIVS. P. F. INV. AVG. *Caput illius elegante galea teatum,*
in qua sol bigas agens cælatus.
VICTORIA. AETERNA. AVG. N. *Imp. armatus sedens super stirue*
armorum d. porrecta globum a Victoria gradiente oblatum accepturus.
Infra P. OST. *N. Cæf. Vindob.*

Epigraphen averſæ in omni ære communem esse jam monuit Bandu-
 rijs, qui aureum ita inscriptum ob solam anticam, in qua consulatus
 secundi mentio fiebat, rarissimis adcensuit, quem hic exhibeo, majo-
 rem laudem triplice elegantia sibi vendicat, pro *Cos. II.* titulus *Invi-*
eti in nostro legitur, capit is dein ornatus singulari se raritate con-

mendat, denique signa aversæ partis nec in auro, nec in argento producta sunt hactenus. Quia tot in omni metallo proculsæ monetæ ~~banc inscriptionem~~ habent, existimo numum ad annum V. C. 1064 referendum esse, quo per duces victus in Africa æmulus Alexander, elegantia partis aversæ nostri numi sane huic conjectioni momentum non leve adjicit.





MAXIMINVS. NOB. CAES. *Caput ejus laureatum.*

FELICITAS. SAECVL. CAES. N. N. *Duae Victoriae tenent scutum, in quo VIC. CAESS. Infra s. M. A.Q.* **A. de France.**

Similem fere numum superius sub Galerio Maximiano retuli, quia præter typi similitudinem eadem Aquileiensis officina indicatur, censeo ambos eodem tempore cūsos, atque victoriæ gloriā, ut in altero in augusto, ita hic in cæsares redundasse. Nullo in metallo similis ad hanc diem est proditus, quare de eximia ejus raritate nemo dubitare potest.

Epigraphe & caput idem.

PRINCIP. IVVENT. *Cæsar stans d. signum militare, s. bastam.*
Infra P. A. **A. Cæs. Vind.**

Duos aureos cum epigraphe aversæ non truncata, typo item magis usitato, & a nostro diverso rarissimorum classi intulit præeunte Bandurio Baldinius, quem in explicatione suis numis subiecta miror, veterem antiquiorum opinionem, nescio quibus cognitionis nobilissimarum familiarum somniis ab Harduino confirmatam fecutum, velut titulus *Nobilissimi Cæsaris* ante Philippum juniores nulli fuisse adtributus, miror id, inquam, quia vir eruditus legere poterat observationem dulcissimi mei amici Cl. Belley, qua T. XXXIII. Hist. de l' Acad. des hell. Let. pag. 168 & seqq. titulum hunc in Diadumeniani numero ex museo optimi patroni Pelerinii exhibet, et si Macrinus pater γονέων ἀδεξαλῶν obscurō loco natus a Dionē prodatur; idem contra Harduinum probat Maximini præfens numus, de quo Capitolinus: *barbaro patre & matre genitus.*

LICI-



LICINIUS. P. F. AVG. *Caput senioris laureatum.*

CONSVL. P. P. PROCONSVL. *Imp. togatus d. globum, s. sceptrum, in area IS inpositum sigla IN, item astrum & luna. Infra ANT. AV. de France.*

Carnunti anno V. C. 1060. III. idus Nov. a Galerio præsente Herculio augustus nominatus est Licinius. Si de primo consulatu, ut videtur, res est, in annum 1061., aut sequentem numus est conferendus, qui, cum inter omnes tres Monetas hucusque abfuerit, eximiae raritatis est censendus.

Epigraphe, & caput idem.

IOVI. CONSERVATORI. *Iuppiter nudus stans d. globum cum Vistoriola, s. bastam, ad pedes aquila rostro fertum gerens. Infra sis. AV. de France.*

Paullo superius a Galerio Licinium, quemadmodum illum a Diocletiano ad imperii consortium adsumptum esse dixi, nihil proinde mirum tutelare numen a Iovio ad Licinium velut nepotem transivisse. Tam epigraphe, quam typus de vulgo numorum videri potest aliqui, qui non in omnia est intentus, præsertim seculo hoc decrescentis splendoris Romani, adtamen, quia non nisi argentei ejuscemodi apud Bandurium adnotantur, aurei vero hujus principis omnes a Baldwinio rarissimi habentur, non parum etiam **ex** rarissimorum vulgo emicat noster.

G g

Epigraphe eadem, caput simile.

IOVI. CONSERVATORI. AVG. *Juppiter nudus stans d. fulmen, s. bastam, ad pedes aquila cum corona, in area x; infra sis.*

AV. Cæs. Vindob.

Eandem cùm superiore fortunam habet præsens, nullus aureus Jovem stantem cum fulmine exhibit, nec ullus etiam argenteus cum simili inscriptione unius solum augusti meminit, ut adeo numus videatur ad III. idus Nov., de quibus ad primum numum monui, seu ad ipsam unici augusti electionem pertinere, etenim sequente primum anno Maximinus sua autoritate ab exercitu hanc dignitatem obtinuit, a Galerio, invito licet, ita confirmatam, ut eadem simul Constantium auxerit.

IMP. LICINIVS. P. F. AVG. *Caput idem.*

SECVRITAS. AVGG. *Imp. in quadriga equorum d. ramum, s. babe-
nas. Infra sis.*

AV. de France.

Præter Securitatem Rei Publicæ aureo nummo inscriptam nulla Licinii moneta per alia etiam metalla, & formas Securitatis meminit, satis id foret ad numusa rarissimum pronunciandum, verum signa in parte postica cælata novum raritatis gradum adjiciunt Maxentium a Constantino, Maximinum ab Licinio victos indicare videtur quadriga triumphalis singulari epigraphe conjuncta, quæ omnia ætatem numi ad annum V. C. 1067. adfigunt. Numus idem in gaza cæsarea conditur.





LICINIUS. IVN. NOB. CAESAR. Caput illius nudi.

FELICIA. TEMPORA. Quatuor pueri nudi cum attributis horarum, seu tempestatum anni. Infra T. S. A. de France.

Intra annum V. C. 1070., quo Sardica Crispus & Constantinus a Constantino patre, ab Licinio vero Licinius filius caesares creati sunt, & 1074. unicus hic & praestantissimus singularis numeris flavi debebat, quia diffidia sequente anno coepit, in apertum bellum iterum eruperant anno 1076. summo Licinii infortunio, qui terra marique non uno prælio victus, Thessalonicæ elitis faucibus perit. Non existimo posthac in filii monetis, si tamen aliquæ ejus nomine cuse sunt, Felicia Tempora signata fuisse.

Insolens hac ætate tam inscriptio quam typus, ut numum ad summum raritatis fastigium extollit, ita subspicionem de ejus sinceritate alicui injicere posset, ut hujus omnem umbram removeam, si quis meis oculis, atque multorum annorum usui id non tribuit, γνωστος vadem Froelichium constituo.

Ceterum ipso in infimo segmento cælatae literæ, quæ temporibus Caracallæ & Getæ non adjiciebantur, ætatem, in qua versor, conprobant. Qui & has reficias sine fronte criminabitur, eum simili aureo Constantini, quem etiam Baldinius hic pag. 87. repræsentat, atque tota autoritate Bandurii, ex quo decerptus est, obprimo, spero que fore, ut hac eadem aversæ partis cælatura aliquando cum Licinii patris capite conjuncta felici alicui antiquario in manus veniat.

G g 2



C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . *Caput ejus laureatum.*

A O E N T V S . s i c . A V G V S T I . N . *Imp. eques d. elata, s. hastam puram.*
I n f r a . s . M . A N . *E⁹ astrum.* **A V . C e s . V i n d .**

Adventus Constantini solum in ære secundæ & tertiae formæ se obferrunt, atque numi hoc charactere insignes habentur rarissimi a Bandurio, et si per compendium omnes *AVG*. adscriptum exhibeant, nos-
ter & inscriptione plena, & metalli dignitate reliquos omnes præ-
cellit. Inter tot itinera, quæ Constantinus suscepit, divinare non
licet, qua in urbe adventus hic celebratus fuerit, inferiores literæ
Antiochiam invitarent, sed historicci nos destituunt.

Epigraphe, E⁹ caput idem.

C O N C O R D I A . A V G G . N . N . *Mulier sedens d. caduceum, s. cornu co-
piæ.* **I n f r a . s . M . T .** **A V . ejusdem musei.**

Anno V. C. 3067. post primam cum Licinio sancitam pacem cusus
videtur numus, persuadet id insolens concordia cum caduceo si-
gnum, etenim hoc fere tempore imperatores dextras jungentes re-
præsentari solent, quemadmodum in moneta ænea secundæ formæ
apud Bandurium pag. 258: col. 2. cum epigraphe: *Concordia Felix*
D . D . N . N . Typus & inscriptio, qualis in nostro legitur, undique
desideratur.

Caput diadematum Constantini suspiciens sine inscriptione.

C O N S T A N T I N V S . A V G . D u a c o r o n e l a u r e c a t a . I n f r a . N .

A . C æ s . V i n d .

Singularis aversæ partis typus eximiæ raritatis & elegantiæ numum constituit; non multum aberravero, si eum ad annum V. C. 1076. referto, quo duplex corona laurea, seu duo felicia prælia contra Licinum alterum ad Andrinopolin seu Adrianopolin, alterum ad Chrysopolin a Constantino editum, seu terrestrem patris, navalem Crispi filii victoriam ad Callipolin designat percommode.

Caput Constantini aut tenuissima laura, aut diadema cinctum, cetera simile sine epigraphe.

D E L M A T I V S . N O B . C A E S A R . V i c t o r i a g r a d i e n s d . c o r o n a m , s . r a -
m u m . I n f r a T E S . R . C . A r i o s t i .

Vel ipsa capitis cœlum suspicientis, velut deum precaretur Constantinus, repræsentatio hunc, ut superiorem jam rarioribus inferit. Vide si placet, quæ de his numis τρόπον ἐυχομένα ex Eusebio L. IV. de vita Constant. c. 15. post alios exscripsit Baldinius pag. 85. Aversa, quæ nullibi hujusmodi capiti conjuncta adnotatur, denarium rarissimos inter conlocat, unde per monetarii lapsum ad eum transposita fuit, quem cum Delmatii capite & nominis inscriptione in antica rarissimum & singularem primo inter argenteos Delmatii loco ex reginæ Sueciæ thesauro pag. 327. col. 1. refert Bandurius.

Proprium hujus posticæ partis locum hunc esse probabiliter conficit unus a Cl. Baldinio pag. 86. indicatus cum simili anticæ typo, signo item Victoriae, sed Crispo Nob. Cæs. inscriptus in aversa. Videtur nempe Delmatium ex fratre nepotem eodem, quo filium, honore voluisse prosequi optimus princeps, atque vultum illum cœlo defixum quavis occasione simili vulgare, neque enim alias scripsisset Eusebius: τέλε μὲν ἐν τὰ ἐκτυπώματα καθόλης τῆς Ρωμαίων διέρεχεν οὐχομένης. Et hujus quidem formæ numi toto Romano orbe omnium manibus versabantur.

Numus hic ante annum V. C. 1088., quo tricennalia rara fortuna egit Constantinus, cudi non poterat, quia hujus anni XIV., aut VIII. cal. Octobris cæsaribus adscriptus est Delmatius. Victoriam gradientem, nisi quis ad Constantinum pertinere vellet, ad conpressum Calocerum, qui in Cypro tyrannidem adfœbat, seu id a patre, seu a filio, ut aliquibus placet, effectum sit, referenda erit.

D. N. C O N S T A N T I N V . S . M A X . A V G . *Caput laureatum.*
E Q V I S . s i c . R O M A N V . S . *Imp. equo infidens pacificatoris babitu d. elevat. Infra. S. M. N.* *A. majoris form. Cæs. Vind.*

Ipsum, quod adpendit ~~atra~~ drachmam quadraginta septem granorum pondus numisma præstans jam ex vulgo eximit, partis aversæ novissima inscriptio, ut eum singularem & raritatis eximiæ facit, ita quemvis diutius suspendet; hæsi non parum, quam explicandi rationem eligerem, dum titulus *Maximi* in adversa signatus aliquid luculæ prætulit. Præter Harduinum & Jobertum antiquarii conveniunt, hunc Constantino cum ob res præclare gestas alias, tum potissimum ob Romam Maxentii tyrannide liberatam adtributum fuisse.

Quia monetarii in majoris formæ numis adcuratiores, ut nos hodie, erant, subspicari non possum erroris aliquid in inscriptionem inrepisce, præsertim cum ne minimum indicium sit barbaræ alicujus officinæ; erit forsan, cui magis placebit: *EQVES. Romanus*, verum et si scio, nobilitatem senatus & equestris ordinis pristino splendori a Constantino restitutam, non video tamen, cur hæc epigraphe imperatoris statuæ jungeretur; an equester ordo hanc publice ponicuravit, tum enim vero sicut in aureo alio: *S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI*, ita in hoc *EQVEST. ORDO* legeremus.

Quare dum huic ænigmati melior Oedipus obtigerit, existimo epigraphen, ut est, de victoria per equitatum potissima parte relata, explicari posse; consentiunt scriptores horum temporum, Nazarius, in panegyrico: *Invadis primum aciem, solus irrumpis - - - - secuti bunc ardorem fortissimi milites, & dignos se ductu ejus, imperioque testari sic viritim laboraverunt, quasi summa res singulorum manu niteretur.*

Zosimus L. II. pag. 677. Στρατων δὲ καὶ κέρατα τῶν στρατοπέδων ἀντίκειν ἀλλάκτους ἐπαρπίζει τὸν ἵππον ὁ Κανυσαλίνος οὐδὲ ἐπελάσασα τῶν ἀνθρώπων ἐκπέντε ἐκράτει. Cum exercitus nimirumque aduersi cornibus starent, equitatum Constantinus inmisit: is vero equitatum bogilem ceverit. In hoc plurimum positum fuisse Maxentio idem indicat: μέχρι μὲν ἐν οἱ ἵππος ἀντίκειχεν, ἐδόκει πως, ἐλπίς ἐπείναι τῷ Μαξεντίῳ τῶν δὲ ιππέων ἐνδόντων ἄμμα τοῖς λειπομένοις εἰς φυγὴν ἤραπεις κ. τ. λ. Resistente equitatu aliqua spes Maxentio supererat, hoc vero subcumbente fuga cum reliquis se proripiens &c. Similis equitatus virtus jam ad pugnam prope Augustam Taurinorum contribuerat plurimum.

Si hic longior fui præter Vaillantii & Baldinii morem, quos in supplemento sectari debebam, nummo præter morem inscripto id tribuat; explicationem meam, quam aliis numis firmare possem, nequaquam tanquam certiorem obtudo, obtinebit tamen hæc, dum quæ melior proferatur, ad quem laborem viros me magis eruditos lubenter invita.

CONSTANTINVS. P. F. AVG. Caput ejus laureatum.

FELIX. PROCESSVS. COS. IIII. AVG. N. Infra s. m. t. Imp.
togatus stans d. globum, s. sceptrum. AV. de France.

Ad annum V. C. 1068., quo cum Licinio consulatam gessit, referendus est numus, qui in omni ære hactenus desiderabatur, similem cum consulatus VI indicio adnotavit Bandurius aureum, eumque, et si in Mediobarbo æneus ex Spanhemio erat indicatus, rarissimorum numero adcensuit, eundem cum eodem elogio leges apud Baldinium pag. 88., nostrum majoris facio, quod ne æneum quidem similem habet.

IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Caput diadematum d. elata.

GLORIA. ROMANORVM. Imperatori sedenti supra thoracem, Vi-
ctoria gradiens globum porrigit. Infra s. m. t.

AV. majoris formæ Cæs. Vind.

Cœpisse hanc aversam inscribendi rationem sub hoc imperatore ad numum æneum minimi moduli monet Bandurius pag. 273. col. 2. ve-

niam etiam meretur, quod in parvo ære feminam sedentem fibi videre visus est, corrigenda ea descriptio (quia non facile typos mutaverunt monetarii) ex præsente elegantissimo, in quo ob majus volumen quam optime vir sedens distinguitur; nec aureus, nec argenteus ejuscemodi in alicujus antiquarii manus venit, cui raritati si pondus drachmæ & granorum quadraginta duorum additur, ex rarissimorum vulgo multum eminebit.

C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . *Caput illius laureatum.*

G L O R I A . E X E R C I T V S . G A L L . *Imp. eques pacificatoris habitu.*
I n f r a P . T . R . *R . C . A r i o s t i .*

Aureum cum eadem epigraphe & signo ex Bandurio decerpit Baldinius cum honorifica rarissimi commemoratione, argenteus nec in bibliothecarii Florentini conspectum venit, quare, quia Constantini numi aurei & argentei pari, ut ita loquar, passu ambulant, nempe utroque ex metallo flati rari habentur, denarius aurei indicati gloriam participabit.

C O N S T A N T I N V S . A V G V S T V S . *Caput simile.*

I O V I . C O N S E R V A T O R I . A V G G . *Juppiter nudus stans d. fulmen, s. bastam, ad pedes aquila rostro coronam gerens. in area Z , infra: s. m. t. s.*
A . de France .

Ut in conlegæ augusti Licinii nempe monetis frequens est hæc averse partis facies, ita rara in Constantini numis, argenteum unum retulit Bandurius pag. 253. quoad Jovis signum ab aureo nostro diversum, quo in metallo percussum nemo in hanc diem adnotavit, ut adeo rariores superare videatur.

I M P . C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . *Caput idem.*

L I B E R A T O R . O R B I S . *Imperator eques telum in leonem currentem vibrat. infra A Q . P . E ° astrum.*
R . ejusdem musei .

Æneus formæ tertiae in epigraphe & typo novis & singularibus cum hocce denario consentit apud Bandurium pag. 275. col. 2., rarissimo illi æneo dignitate metalli, noster etsi non purissimi, multum præstat.

Pro

Pro explicatione varia ibi congerit eruditus Benedictinus , jam Licinum in ordinem redactum , jam supremam de eo victoriam , jam omnes anteriores , quibus orbis a barbaris & tyrannis perpurgatus est , indicari existimat. Nihil horum inprobo , sed laudo , & amplector etiam , id solum , quod in mentem venit , adjicio videlicet mihi monetarios , non ficta aliqua allegoria eas laudes repræsentare voluisse , sed vera historia , quæ ad Constantimum quam maxime ad- tinet.

Conservavit nobis hanc ex Praxagora fere synchrono autore Photius. c. 62. ubi præter alias , quas commemorat insidias a Galerio Maximiano structas Constantino has adjicit Atheniensis historicus. Παριὼν δέ , φησι , Μαξιμίνος (Μαξιμιανὸς scribi oportebat) ὁ τῆς πάτω Ασίας βασιλέων εἰς ἐπιβελὰς ὥρμησε τῷ νεύ , καὶ πρὸς μάχην λέοντι ἀγρίῳ καθίσκου τὸν νεανίαν , ὃδὲ τὸ μὲν Θηρίον κρατήσας ἀνεῖλε. Præfens vero ait (Nicomediae) Maximianus , qui inferiori Asiae imperitabat , bic ad insidias adolescenti struendas animum adjiciens ad pugnam cum fero leone juvenem induxit , is autem bellum superatum occidit.

C O N S T A N T I N V S . C A E S A R . Caput laureatum.

M A R T I . P A T R I . N . C . Mars armatus stans , d. majus scutum ad terram , s. bastam. Infra s. M. N. A. Can. S. Flor.

Undique inter aureos abest , argenteum epigraphe aliquantum diuersum maximæ formæ rarioribus Bandurius , rarissimis & præstantissimis Baldinius pag. 90. adnumerat , media via incedo , conspicuæ raritatis rariores inter præsentem pronuncio , singularem dicerem , nisi ejusdem typi alter in gaza cæsarea conderetur.

C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . Caput idem.

P. M. T R I B . P. C O S . I I I I . P. P. P R O C O S . Imp. habitu consulari stans d. globum , s. sceptrum. Infra P. T R . A. Cæs. Vind.

Situ imperatoris , quem pag. 246. col. 2. sedentem describit Bandurius , ab ejus rarissimo ejusdem metalli diversus est noster. Præclare ibidem contra Pagium & alios , qui Pontificis Maximi titulum

H h

in Christiano imperatore non ferebant pro Zofimo & Baronio Vir eruditus disputat, plurimis argumentis materiam hanc omnem exhaufit Inlust. B. de la Bastie quatuor commentariis T. XII de l' Acad. de bel. let. a pag. 355. & T. XV. a pag. 38. insertis, in quorum prior re discrimen inter summum pontificatum ante & sub impp., in altero an & quando conlegis imperatoribus communicatus fuerit, discutit.

In tertio doctissime examinat, an solo titulo contenti augusti, an vero ipsi munus exercuerint: in quarto denique ostendit, non Constantinum solum sed consequentes principes usque ad Gratianum non titulum solum, sed ipsam potestatem retinuisse, idque præclaro confilio, ut nempe hac autoritate muniti occultis velut cuniculis idolorum religiosum cultum subfoderent, unde templa aut clausa, aut funditus eversa, sacerdotes abacti, & quæ istiusmodi sunt alia, quæ lector cum voluptate indicatis a me locis invenerit.

C O N S T A N T I N V S . N O B . C . Caput simile.

P R I N C I P I . I V V E N T . Cæsar stans d. clata versus defixum signum militare, s. bastam. Infra p. R. A. Mufei ejusdem.

Tres inter aureos typis aversæ diversis protulit Bandurius, quem hic exhibeo & ob inscriptionem abruptam & ob cælaturæ dispositionem aliam a singulis discrepat, rarioribus adscribendus.

F L . V A L . C O N S T A N T I N V S . N O B . C . Caput laureatum.

P R I N C I P I . I V V E N T V T I S . Cæsar militari habitu stans utraque manu singula signa militaria tenet; in area s. A. Infra p. TR.

A. Max. mod. de France.

Tam ab aureis quam ab argenteis hactenus productis diversum est singulare numisma, nullum enim majoris formæ cum his aversæ signis aut epigraphe videre licuit Bandurio, tacet etiam Baldinius. Pondus drachmaruni duarum granorum tredecim insignem in rarissimorum classe numum constituit.

C O N S T A N T I N V S . P . A V G . *Caput simile.*

R E S T I T U T O R I . L I B E R T A T I S . *Roma galeata sedens d. globum porrigit imperatori galeato adstanti s. bastam. Infra s. m. t.*

A V . M u s e i ejusdem.

Cusum fuisse hunc numum anno V. C. 1065. victo submersoque Maxentio existimo , tum enim carceribus exempti senatores , virgines parentibus , conjugibus matronæ redditæ ; ut magnifica hæc sunt , ita ad eximiæ raritatis præstantiam præsentis numi facit quam maxime , nullum nec in argento quidem uspiam adnotari , unicus (qualis quidem inter aureos) est universem foret , nisi ænei incerti moduli pag. 299. col. 1. meminisset Bandurius , quem etiam non obstante metalli vilitate ob novissimam inscriptionem in rarissimorum numerum retulit. Inlustri museo merito propterea gratulandum , quod ex eodem paullo superius alterum aureum cum epigraphe *Liberator Orbis* in lucem dedi.

C O N S T A N T I N V S . P . A V G . *Caput simile.*

S I C . X . S I C . X X . *Intra coronam quadriplicatam , in cuius suprema parte aquila. Infra s. m. h. b.*

A V . M u s e i ejusdem.

Major hujus quam superioris est felicitas , epigraphe in omni ære abest in amplissimo numorum Constantinorum catalogo a Bandurio collecto , typus novissimus a nemine antiquariorum observatus hactenus gratiam & elegantiam , quæ omnem commendationem superat , addit.

Lis inter eruditos mota , an Constantinus anno V. C. 1068 , an sequente decennalia celebraverit , atque adeo , an præstantissimus noster numus anno V. C. 1068. vel posteriore statu fit , non omnino est prætereunda ; mihi cum Baronio & Tillemontio contra Pagium , & Norisium anterior annus statuendus videtur , quia neutrius rationes pro posteriore satis validæ videntur , imo argumentum Pagii contrarium potius efficit.

Fundat se is in *cod. Theod. IV. T. 13. de longi temporis præscriptione* L. 1. mense Jan. anni 1069. data, in qua Constantinus ad reprimendas fisci calumnias, quæ usque ad sua *Decennalia* a superioribus principibus concessa fuerant, confirmat. Sed cedo an non sub *Decennaliibus* æque subintelligi poterat, *modo transacta* nempe superiore anno VIII. Cal. Augusti, quam *mox futura*, ut existimat Pagius? ast non advertit legem tum solum *propositam*, quare lata esse poterat, imo debebat mense Julio anni *præcedentis*, ajebam *debebat*, quia si Constantinus mense Januario solum confirmasset eas possessiones, quæ usque ad VIII. Cal. Aug., qua die decennalia celebrata vult Pagius, quietæ fuerint, sex mensium spatium calumniis fisci, atque aliis privatorum inimicis indulsisset, quibus ea omnia bona in controversiam vocare potuissent, id quod sane contra mentem legis & præsentem principis indulgentiam est.

Norisius *Diff. de numo Licinii* prima fronte melius rem adgreditur producto numo Crispi consulatu II. insigni, & adscriptis votis xx, hæc sane Crispi esse non poterant, ergo Constantini, quia autem consulatus alter Crispi incidit in annum 1074., igitur hæc nuncupata fuerunt solutis votis XV. Constantini VIII. Cal. Aug. ejusdem anni, igitur decennalia peracta esse debebant anno 1069. ita Norisius.

Verum observandum est, augustos nequaquam se ita adstrinxisse, ut finientem semper annum huic festo designarent, Constantinus ipse Romæ vicennalia celebravit anno V.C. 1079, et si jam in oriente anno superiore nempe vigesimo ineunte eadem egisset, nempe ut obportunitas ferebat, hæc suscipiebantur, videturque hujusmodi percommoda fuisse anno 1068, quia sub finem præcedentis anni victo Licinio plures, eaque bene magnæ provinciæ sibi adcesserunt, quod ipsum recenti memoria undique diditum multipli ea corona in singulari hoc numo designare voluerint antiquarii, cuius gratia longius forsitan hic excurri.

I M P . C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . *Caput laureatum.*

V B I Q V E . V I C T O R E S . *Imp. stans d. bastam, s. globum utrinque captivus sedens. Infra P. TR.* *A. Quin. Cæf. Vind.*

Numos similes consueti aureorum ponderis retulit Bandurius atque rarioribus adscripsit, pondus nostri, quod grana quadraginta æquat, rarissimis eum admovet. Vide si placet, quæ ad similem numum, in quo tamèn captivi absunt, differit Cl. Baldinius.

C O N S T A N T I N V S . A V G . *Caput diadematum.*

V I C T O R I A . A V G V S T I . *Victoria gradiens d. coronam , s. ramum.*
Infra sis. *A. Quin. musei ejusdem.*

Ut obvius nec commemoratione dignus videri potest numulus, aver-sæ tamen, & inscriptio & typus tam inter aureos, quam argenteos abest. Laus , quæ a pondere granorum triginta septem advenit, eum non infimo inter rariores loco patitur.

C O N S T A N T I N V S . P . F . A V G . *Caput illius diadematum.*

V I C T O R I B V S . A V G G . N . N . V O T I S . *Victoria capite obverso alis expansis stans ad pectus utraque manu coronam potius quam scutum te-
net, in quo x x . Infra PT. R.* *A. Musei ejusdem.*

Monere hic debeo, tam in cimelium Austriacum pag. 24, quam apud Gorium in catalogum num. aureor *Animadversionibus* Frelichianis in quosdam numos veteres urbium adjectum pag. 136. errorem inrepisse, legendumque xx. pro xxx. ut reapse in imagine Tab. VI. N. 10. scalptor cælavit. Fateor, me, dum hæc scriberem meis oculis noluisse fidere, videbantur aliis tricennalia adnunciari, quos extrema superiora corona deceperint, verum confidenter jam id adsero. Neque sane ali- ter esse poterat, dum duorum augustorum distincta, neque ob addi- tum N.N. facile errori monetarii obnoxia fit mentio, si enim etiam de tricennalibus solum suscepis quis cogitaret, vicennalia soluta sunt an- no V. C. 1078. dum Licinio jam anno 1076, Thesalonicae fauces elisæ erant, alium autem deinceps Constantini conlegam ignoramus omnes.

Quare numum ad annum V. C. 1068. referto, quo decennalia soluta & vicennalia suscepta sunt, illi enim solum tempori omnia congruunt, quod numisma aureum formæ maximæ a Baldinio productum pag. 93. mirifice confirmat, in eo enim x. B.T. x x. cum eadem sin- gulari & nuspam antea visa epigraphe conjunguntur. *Victoribus*

Augg. N. N.. Nec me illud turbat , quod ex Latino Eusebii loco ad stabilienda sequente anno decennalia exscripsit.

Ita habet in Græcō de vit. *Const. L. I c. 48. pag. 526. edit. Cantabr.* Οὐλω δέχοντι δεκαεῖνης ἀυτῷ τῆς βασιλείας ἡρόελο χρονὸς, ἐφώ δὲ πανδήμας ἐκλεῶν ἑορτὰς τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ ἐυχαριστεῖς ἐυχαῖς, ὡσπέρ θύνας ἀπύρας, καὶ ἀκάπνεας θυσίας ἀνεπέμπετο. Ut de ambiguo stylo Eusebii raseam, cui nec Pagius, nec Norisius superstruxerunt, quia hunc sibi ad speciem faventem locum studiose dissimulaverunt, tanquam minus firmo pede nixum, hunc in modum explicanda censeo omnia.

Ita constituto, nempe jam in Christum credenti, tempus decennalibus destinatum peragebatur, vel si quis mordicus verbo ἡρόελο inhærere vellet, ita illud tempus decennalibus destinatum finiebatur, seu demum ineunte seu finiente anno decimo, ut dum festa publica darentur populo, ipse Deo regi omnium vota gratiarum actionis obferret velut puras victimas ignis & nidoris expertes. Ubi liquet χρονον δεκαεῖνη pro ipsis illis diebus ab imperatore pro libitu designatis accipi oportere.

Numum ob aversæ typum singularem non inferiorem raritate censeo altero Baldinii, et si mole supereret. Si cui tamen, quod initio indicavi, inspecto ipso numo tricennalia potius legenda viderentur, eum ad extricandam chronologiam eo lubentius invito, quo hujusmodi obversæ victoriæ typus magis est singularis.

I M P. C O N S T A N T I N V S . P. F. A V G. *Caput laureatum.*

V I R T V S. M I L I T V M. *Ædificium, in quo quatuor turriculæ eminent.*

Infra TR.

R. Quin. Cæf. Vind.

Quemadmodum inter aureos tot apud Bandurium cum hac posticæ facie adsunt, ut pro vulgaribus haberi possint, ita inter argenteos recentetur nullus denarius, de quinario multo rariore filetur undique. Hucusque Baldinium, qui hic finit, comitatus sum, quem materiam defecisse, facile conjicio, cum jam inde a Postumo fere ex Bandurii conlectione suum ad Vaillantium supplementum auxerit; eruditione clarissimum Benedictinum pro norma etiam deinceps ad Comnenos usque habebo, quin ex illo decerpam aliquid.



F L. IVL. CRISPVS. NOB. CAES. *Protome nuda dorso obverso, capite laureato.*

PRINCIPI IVVENTVTIS. *Cæsar stans d. bastam transversam, s. globum. Infra S. M. T.* AV. Cæs. Vind.

Cæesaris hujus infelcis numi aurei rari habentur omnes, typus hic & epigraphe cum in utroque nobiliore metallo absit apud bibliothecarium Florentinum, rarissimis proximus habendus est. Id singulare similis typi alterum eodem in museo conditum.

F L. IVL. CRISPVS. NOB. C. *Protome Crispri laureata d. globum cum Victoriola.*

VICTOR. OMNIVM. GEN. (literis inverse sculptis) *Mars nudus gradiens d. bastam, s. tropæum intra duos captivos bumi sedentes* Infra P. TR. AV. de France.

Certum est posticæ inscriptionem ad Crispum non pertinere posse, et si anno V. C. 1072. de Alemanis aut Gallis, anno 1076. de Licini classè insignes victorias retulerit. Novimus ex superiorum Augg. numis, cæsaribus fere laudes augustorum ejus temporis velut ad æmulationem attributas fuisse, tenemus cum simili epigraphe numum Constantini aureum in gaza cæsarea, ut a Baldinio est descriptus, pag. 93., quare nequaquam errori monetarii tribuenda hujus posticæ cum antica conjunctio, quæ, ut a signis alterius numi est diversa, ita magnificentiam Romanam, & eximiam suam raritatem, simul vero etiam tempus aliqua ratione ostendit illorum Constantino cuforum numorum, cum constet, Crispum ante annum V. C. 1070. cæsarem creatum non fuisse.



DELMATIVS. NOB. CAESAR. *Victoria gradiens d. coronam s. ramum. Infra, ut videtur: A.Q. P.*

Caput Constantini diadematum cælum suspiciens, anepigraphus.

R. de France.

Similem nepotis ex fratre Constantini superius ex museo C. Ios. Ariosti dedi inter nummos Constantini rarissimum, arbitrabar, ad magnificentiam Austriacorum numophylaciorum facere, ut hunc officiæ monetariæ siglis diversum huc reservarem.



NON-



CONSTANTINVS. IVN. NOB. 3. *fr.* *Protome junioris diademati d. globum cum Victoriola.*

FELIX. *PROCESSVS. COS. II. AVG.* *Imp. togatus stans d. globum s. sceptrum gerit. Infra. SIRM.* *A. de France.*

Constantini junioris numi aurei rarissimi sunt omnes, noster nullo in ære comparuit, laudem hanc singularem unici manifestus lapsus monetarii ei conciliavit, scimus Constantini magni filium Sardicæ in cunis cæsarem creatum V. C. anno 1070., augusti tum supererant, pater cum Licinio, ast nullus horum hoc tempore secundum consulatum adivit, etenim Licinium jam anno V. C. 1071., & consequente Constantinum patrem v. Coss. habemus.

Si quis typos permutatos nolit, id accidere poterat, ut sculptor monetalis pro numero v. posuerit ii., tum enim ad annos paullo ante indicatos pertinebit, atque vel Licinii vel parentis v. consulatum adnunciabit. Scio hac ætate nonnunquam notas numeri quinti ita dubie effectas fuisse præcipue in ære, ut, an ii. vel v. legere debeas hæsites, adtamen numo iterum inspecto, ne minimam subspicionem concipere potui ejuscemodi labis, cum ambæ lineæ, quin vel parum infra convergant, ad perpendicularum sint erectæ. Ceterum in antica utrumque C inversum est, ut in imagine exhibui.

D. N. CONSTANTINVS. IVN. NOB. CAES. *Caput illius laureatum.*
 VICTORIA. CONSTANTINI. CAES. *Victoria sedens super ar-*
ma s. clypeum, in quo scribit: V O T. X. Infra. SIRM.

A. Cæf. Vind.

Numus hic raritatis præcipue crucem non exiguum figit antiquario, qui chronologiae non est incurius, etenim aversæ inscriptio annum V. C. 1085. indicare videtur, quo Constantinus junior Sarmatas & Gothos insigni victoria cæcidit. Verum nulla ratione vota decennalia congruunt; non licet hic confugere ad permutatos typos, quem enim Constantinum cæfarem & victorem quidem habebimus? Magnus ille cæsar per arrogantiam Galerii solum habitus fuit, jam ab exercitu augustus adclamatus.

An scalptorem monetarium incuria postulabimus, qui numerum v. scuto adjicere neglexisset, cum quindecennalibus eam omnia conponi possent? An, quia nec anno a nativitate expleto, cæsar nominatus est calendis Jan. anno V. C. 1070., aliquis pueritiae terminus expectatus est, a quo decennalia deinceps numerarentur, is si annus 1075. fuisset, iterum consentiret cum historicis numus. Hæc, dum major lux ex numis adfulserit, quia scriptores nos destituunt, libenter eruditorum, qui me plus videre possunt, examini permitto, in ea gloria adquiesco, quam numus istiusmodi museis Aufriacis conciliat.





F L. IVL. C O N S T A N S P. F. A V G. *Caput diadematum.*

F E L I C I T A S . P E R P E T V A. *Imp. vultu adverso &^o babitu consulari sedens in pectinate altiore, capite nimba d. elata, pectinati inscriptum V O T. V.; pone in inferiore pectinate duæ figuræ juveniles babitu eodem, d. volumen, aut sceptrum. Infra. SIS.* *A. de France.*

Argenteum numum similem formæ maximæ ex museo regis Galliarum produxit Bandurius pag. 352. col. 1., atque eum pro merito rarissimum & singularem nominavit, postremam hanc unici laudem aliqua ratione illi adimit nos ter raritatis eximiae, nisi velis eam ob metalli discriminem inter utrumque divisam. Id singulare, et si epigraphe similis inter monetas Constantii fratris, & Magnentii se obseruat, in nullius tamen imperatoris numis typum similem, novissimum omnino repériri.

In signorum cælatorum explicatione non parum hæsi, vaga mihi nimis nec ullo fundamento nixa Bandurii videbatur, qua tres Constantini filios repræsentari existimavit, ecce enim ajebam horum unus non solum gradu eminent, sed solus nimbo cinctus, ubi pari omnes dignitate imperium partiti sunt? jam in eo eram, ut numum post Constantini fratris mortem signatum, atque medium illum divum parentem subspicarer, qui dextra elata duobus filiis bene precaretur, verum vot. v. scabello inscripta facem ita prætulerunt, ut Bandurii obiter capta conjectio probabilibus etiam argumentis firmaretur, atque lux etiam aliqua historiæ adsunderetur.

I i 2

Quinquennalia hæc festa ad nullum fratum, quam ad Constantem, quem numi antica exhibet, pertinere posse liquet; etenim Constantinus cæsar creatus fuerat cum Crispo anno V. C. 1070., Constantius anno 1076., quare hic anno 1081., ille 1075. vivo patre quinquennalia egerant. Contra Constanti hic honor cum obtigerit anno 1086. VIII. cal. Jan., quinquennalia illius nos ad ipsum eum annum deducunt, quo fratres de herciscunda hæreditate acturi in Pannonia convenerant scilicet 1091.; condecebat sane, ut ad condecorandum trium fratum augustorum conventum quinquennalium festum exente Julio anticiparet Constans, præsertim cum Constantii, cui contra Persas eo adhuc anno properandum erat, xv. in idem fere tempus incidebant.

Objectionem mihi factam de altiore sede & nimbo non solum tollere mihi videbatur Julianus imperator, sed simul demonstrare, quis inter fratres emineat, ita ille *Orat. I.* in laudem Constantii dum Armenorum & Persarum motus commemorasset, subdit: τό σε τῶν πραγμάτων ἔχεθαι, καὶ βαλέυεθαι τέως ἐχ ὑπῆρχε διά τὰς πρὸς τὰς ἀδελφὰς ἐν Παννονίᾳ συνθήκας, ἃς ἀντὶς παρὼν εἴω διώκησας, ὡς μηδὲμιαν ἀφορμὴν ἔκεινοις παραχεῖν μὲμ φέως, κ. τ. λ. ut ejus belli administratorem capesseres, ac consilio provideres illico, id tibi bacchanus non licebat, quod in Pannonia transigendis cum fratribus factionibus eras impeditus, quas ita præsens ipse componisti, nullam ut eis conquerendi occasionem relinqueres &c.

Quis hic non videt, arbitrum a fratribus constitutum Constantium, atque huic sane personæ & situs & gestus illius convenit, qui medius inter fratres exhibetur. Illud præclarum est, ex numero præstantissimo urbem designari, in qua & conventus, & quinquennalia celebrata Sisciam scilicet, præsertim dum laudatus argenteus maximè moduli, quod ad festi dignitatem conveniebat optime, eandem urbem consignatam objiciat, quare plerorumque scriptorum opinio, qui in Sirmium inclinant, ex duobus his pretiosissimis cimeliis emendanda.

P L. I V L. C O N S T A N S. P. P. A V G. *Caput diadematum.*

G A V D I V M. P O P V L I R O M A N I. *Circa coronam quernam, in qua
V O T. V. M V L T. X. Infra. T. S. e.*

A V. C a s. V i n d o b.

Ut aurei Constantis omnes a raritate celebrantur, ita eximiam præstantiam huic conciliat nova & singularis inscriptio, alterum similem recenset Bandurius; verum loco *Vot. Mult.* repetitum *SIC.* legitur, ex qua varietate non parum Romana magnificentia elucet. Quinquennalia, quæ Constantius Sisciae celebravit, per omnes imperii urbes more recepto acta fuerunt, forsitan quod hic adnunciatur gaudium non tam ludos & largitiones fieri solitas, quam tranquillam provinciarum tum a fratribus factam divisionem respicit, ut querna corona civilium bellorum metum remotum indicet.

P L. I V L. C O N S T A N S. P E R P. A V G. *Caput simile.*

V I C T O R I A. A V G V S T O R V M. *Victoria sedens super arma clypeum
cum pueru alato sustinet, in quo V O T. V. M V L T. X. Infra. S. M. A N. S.*

A V. musei ejusdem.

Nec in auro nec in argento inscriptio & typus similis aversæ in indice eruditii Benedictini reperitur; præterea titulus *Perpetui Aug.* in numis Constantis hactenus, quod scio, non observatus, numi pretium ultra riorum classem promovet. Numus hic an anno V. C. 1091. cufus sit, multum hæsito, quia nullius post mortem patris usque ad id tempus victoriæ memini, nisi quis velit, sub ipsum hoc tempus a ducibus Constantii aliquid in oriente gestum, quod communi fratribus gloriæ tribuebatur; vix cogitare licet, vota hæc singulis annis etiam in ipsis numis repetita fuisse, dum decennalium tempus ingruerat, hac enim conjectione labefactabitur hujus ætatis fundamentum chronologicum, cui Norisius cum aliis superstruxerunt.

Epigraphe & caput idem.

*Inscriptio eadem. Victoria gradiens d. coronam sublimem, in qua x x v.,
s. trophæum & ramum, ad pedes jacet captivus manibus elatis. Infra.
S. M. N. C.*

A V. musei ejusdem.

Numus a nemine in hanc diem est relatus; numerus coronæ inscriptus, quia mos non erat cæforum hostium, aut captarum urbium numerum in monetis recensere, et si consuetum *vot.* absit, de his tamen solutis forsan explicari poterit non Constantis quidem, sed Constantii anno nempe V. C. 1101., quo celebris illa ad Singara de Persis victoria duce Constantio est relata, fateor quidem ea Romanos parum usos, imo turpem in modum cæsos, adtamen si Libanius sequente anno tam magnifice *Orat.* III. seu βασιλικῷ hanc victoriā extollere potuit, ut pugnam μεγάλην magnam, καὶ πολὺ πλέον πρέπεσσαν κεκληθαι μεγάλην, ἢ τὴν ἐν Κορίνθῳ ὑμνυμένην, atque multo magis dignam hoc nomine, quam quæ oīm Corinthi decantata est, dicere non sit veritus, cur monetarii ab ea in numis cælanda abstinerint?

F. IVL. CONSTANS. P. F. AVG. Caput simile.

VICTORIA. D. D. D. N. N. N. AVG. Victoria gradiens scutum tenet, in quo *vot.* v. MVLTX. præ illa captivus jacens. Infra. M. NR.
AV. Cæs. Vind.

Cum trium Auggg. commemoratione, & simili typo desideratur apud Bandurium, rarioribus minimum adscribendus, vide, quæ ad numum cum eodem *Votorum* numero paullo superius dixi, id certum ante Martium anni 1093., quo ad Aquileiam cæsus est Constantinus junior, cūsum fuisse numum.

CONSTANS. AVGUSTVS. Caput idem.

VICTORIAE D. D. N. N. AVGG. Victoria sedens super arma cum puello alato tenens scutum, in quo *vot.* x. MVLX. XX. Infra TES.
AV. Quin. ejusdem musei.

Numerorum notæ numisma ad annum 1096. defigunt, quo victoriæ anno aut biennio abhinc ab ipso Constante de Francis, hoc vero de Scotis relatæ sub ipsam decennialium suorum solemnitatem in numis celebrari poterant; quem descripsi, a Bibliothecario Florentino non est relatus, atque superiori raritate non solum nihil concedit, sed ob minorem molem elegantia est peculiaris.

D. N. CONSTANS. P. F. AVG. *Caput Constantis diadematum.*

VIRTVS. EXERCITVM. sc. *Quatuor signa militaria, quorum interioribus alteri & alteri Cō inscriptum imminent in medio illorum monogrammate Christi superius in area. Infra p.*

A. formæ maj. Cæs. Vindob.

Maximi moduli Parisinum paullo superius laudaveram, ejusdem ferre diametri unicum subjicio, idque seu epigraphen, seu typum species, per omnes tres Monetas, et si enim quatuor signa legionaria in quodam argenteo a Bandurio adnotantur, denarius est cum aversæ epigraphe *Constans Aug.*, abest præterea & monogramma Christi, & alterum ex apocalypsi servatoris indicium; aureus, qui in eodem catalogo maximæ etiam formæ describitur, & capitis epigraphen aliam, & aversæ partis signum diversum exhibet. Qua occasione numus signatus fit, inter varias hujus principis expeditiones conjicere non licet. Adpendit drachmam & grana duodecim.





PL. IVL. CONSTANTIVS. PER P. AVG. *Caput illius diadematum.*
FELIX. ADVENTVS. AVG. N. *Imp. eques d. protensa. Infra.*
S. M. AN. *A. majoris forme Cæf. Vind.*

Præclarum numisma nec inter aureos, nec argenteos uspiam adnotatum reperitur, merito inlustri inter rarissimos loco reponendum. Signatum videtur eodem anno 1091., quo cum fratribus imperium partitus est, persuadet hoc titulus augusti & nomen Antiochiæ subscriptum, ex cuius officina prodiverat, etenim constat ex *lege 23. de decurionibus Cod. Theod.* eum iter ex Pannonia ita adcelerasse, ut jam idibus Octobris Antiochiæ fuerit; numus majoris molis duas quidem drachmas solum adpendens adventum etiam singularem indicare videtur, is non facile alter esse poterit, quam quo primum augustus, negotiis ejus arbitrio cum fratribus optime compositis, urbem eam majore civium gratulatione subivit.

PL. IVL. CONSTANTIVS. P. F. AVG. *Caput simile.*
FELICITAS. ROMANORVM. *Circa coronam lauream, intra*
quam VOTIS. XV. MVLTIS. XX. Infra. S. M. A.N.Z.
A. de France.

Aureus hujusmodi neandum proditus, argenteum exhibit Bandurius, qui existimabat, se eum inscriptione ex Grutero inlustraturum, quæ post devictum Magnentium illum Vrbis restitutorem deprædicat,

cat, non videtur advertisse vir eruditus ad quindecennalia coronæ inscripta, quæ aut anno 1091. Sisciæ, aut sequente egerit, cum tam en Magnentius primum anno V. C. 1103. x v. cal. Februarii purpuram induerit, Roma vero & Italia demum exactus fuerit tyrannus V. C. 1105. circa medium Septembrem.. Corona laurea mihi potius felicitatem Romanorum ex rebus tum in oriente gestis indicaret.

D. N. C O N S T A N T I V S . P. F. A V G . Caput simile.

Epigraphe eadem. Duo imperatores militari habitu d. bastam, s. globum tenentes stant sub arcu. Infra. SIRM.

AR. formæ majusc. Cæs. Vindob.

Numus, qui in omni ære apud Bandurium desideratur, unicus quantivis est pretii; ut hoc facile definio, ita explicatio de difficilioribus est, forsan, ut nonnulli volunt, Constans Constantium adventientem expectavit Sirmii, aut rebus Sisciæ confectis in orientem abiturum eo usque comitatus est, id mihi certum, conventum eadem in urbe duorum fratrum indicari. Illud adjicere est necesse, numum diametri majoris quidem, drachmam tamen solum septem granis superare.

F L. I V L. C O N S T A N T I V S . P E R P. A V G . Protome galeata vultu obuerso d. bastam, s. clypeum cælatum.

G L O R I A . R E I . P V B L I C A E . Roma vetus galeata, nova vero turrita pede navi inposito sedentes scutum tenent, in quo V O T . X X X V . M V L T . X X X X . Infra M. S I R M . A V . Musci ejusdem.

Hallucinatum me arbitrari poterit aliquis, velut hunc numum tanquam hactenus non editum obtruderem, ubi forte inspecto Bandurio paginam fere numis ejuscemodi inscriptam viderit, verum ve- lim mihi inter triginta, quos adnotavit Florentinus bibliothecarius demonstrari unum aliquem, qui tertiae decaeteridis quinquennalia vota inscripta repræsentaret, singulare hoc phænomenon antiquarium rarioribus certo numisma adscribere cogit. Quinquennalia hæc acta fuerunt anno V.C. 1114. ipso, quo contra Julianum ducens Mospucrenis in Cilicia mortuus est, ex quo liquet initium non vero finem quinti aut decimi anni his festis fere eo tempore constitutum fuisse.

C O N S T A N T I V S . P . F . A V G . *Caput diadematum.*

S P E S . R E I . P V B L I C E . *sic. Imp. militari habitu stans d. globum f. pilum inversum. Infra. T E S .* **R.** *Cæs. Vindob.*

Tam in auro, quam in argento hactenus aberat, æneos tertiae magnitudinis protulit solum Bandurius, quem exhibeo in rariorum classe locum non vulgarem promeretur.

C O N S T A N T I V S . P . F . A V G . *Caput simile.*


V I C T O R I A . C O N S T A N T I . A V G . *Victoria sedens in spoliis scutum tenet juvante puello nudo, ♂ alato; in scuto V O T . x x x x . Infra S . R . M . ♂ ramus A . min. formæ de France.*

Duos ejuscemodi adnotavit eruditus Benedictinus, sed cum votorum numeris aliis. Nostrum parvulum maximi facio, non solum quia superiorem quarto loco propositum mutuo conprobat, sed potissimum, quia aliquid indicat, ad quod neminem antiquariorum hactenus advertisse mihi conscius sum, scilicet, eo tempore, quo vota v. g. xv. soluta sunt, numos jam alias distributos, qui xx. suscepta indicarent, certum enim est vota quadragennalia scuto inscripta de solutis intelligi non posse; ob singularem hanc raritatem ad rariissimos referendum existimo.

C O N S T A N T I V S . A V G V S T V S . *Caput diadematum.*

V I C T O R I A E . D . D . N . N . A V G G . *Duæ victoriæ stantes clypeum tenent, in quo V O T . X X . M V L T . x x x . Infra. S I S . ♂ duo ramusculi. A . Majoris formæ de France.*

Cum anno V. C. 1096. congruit, atque forsan repressos a Constantio in Anglia Scotos indicat, ceterum sua solum magnitudine, & pondere, quo drachmas quinque, grana viginti octo æquat, se commendat, quia Bandurius similes, sed consueti moduli refert.



F L. MAGNENTIVS. TR. - P. F. AVG. *Caput illius nudum.*
RESTITUTOR. LIBERTATIS. *Ipse stans militari habitu d. Vicitoriolam, s. labarum, in quo monogramma Christi. Infra. S. M. A.Q.*
A. de France.

Tyranni hujus aureos omnes raros novimus, præsens, quia in omni ære abest, unicus atque raritatis eximiæ censeri debet, titulus *Restitutoris Libertatis* ut homini ignavo, perfido, & crudelissimo pessime convenit, ita nullo etiam in numo ei tributus est, in marmore tamen Bononiæ in curia adservato præter alias non meritas laudes eundem legimus apud Gruterum T. I. pag. 281. Forsan ob Nepotianum, qui Romam anno V. C. 1103. obtinuerat, per Marcellinum palatio præfectum expugnata urbe cæsum ab adulatoribus hunc titulum tulerit, et si Romam cædibus senatorum, aliorumque honestissimorum virorum eodem Marcellino administro compleverit. Prænomen Flavii anticæ etiam inscriptionem rariorem facit.

D. N. MAGNENTIVS. P. F. AVG. *Caput ejus diadematum.*
VICTORIAE. D. D. N. N. AVGG. *Victoria insidens armis scribit in clypeo VOT. V. MVLT. X. Infra. A.Q., & astrum.*
A. Majuscule formæ Cæf. Vind.

Rarissimi numi nec epigraphe, nec typus aversæ seu in auro, seu in argento uspiam adnotatur, neque in æneo ejusmodi sedentis Victoriae signum videre me conmemini, quod epigraphen adtinet, aliū

K k 2

siglæ AVG. adjunctum habent E.T. CÆS., solum AVG. alii, rursus alii AVG. E.T. CÆS. inscripti sunt; quod typum spectat, aut duæ Victoriæ coronam tenent, cui eadem vota inserta sunt, aut typi a nostro diversi repræsentantur; præmittere hæc oportuit, ut quæ mox de tanto ejuscemodi numorum numero dicentur, intelligantur conmodius.

Atque hæc quam certissima; controversa alia non pauca, quæ ab eruditis minus discussa me eo fere deduxissent, ut numorum eorum posticas partes, quæ duorum augustorum, deinde victoriarum, denique votorum quinquennalium mentionem faciunt, ex anteriorum imperatorum typariis adsumtas decernerem, nisi me eorum insignis numerus omni ex metallo aliquantum retinuisse, et si adhuc hæsito, an non hic nodos omnes secandi modus forsan unicus supersit.

A postremo, quod a Bandurio & aliis prætermisso, a Begero solum obiter tactum ordinar: scimus Magnentium anno V. C. 1103. xv. cal. Febr. inter poculorum tempestatem Augustoduni purpuram adsumisse, verum scimus etiam, eundem sibi ipsi violentas manus intulisse Lugduni anno 1106. circa III. idus Augusti, ut adeo trium annorum & medii solum spatio tenuerit imperium; qua ratione hæc cum votis quinquennalibus & solutis quidem ut ex adjectis decennalibus conceptis liquet, conciliabuntur?

Begerus anticipata ea existimat, nempe duobus aut sesqui altero anno ante quinquennium finitum, ut hujusmodi tyranni quidem in imperio invertebant omnia, ita duriusculum hoc videtur, cum hac ætate ex numis vix alias chronologiæ fontes habeamus, quam vota quinto quovis anno concepta, infirma erunt omnia, quæ Norisius aliisque viri clarissimi huic fundamento superstruxerunt de imperatoribus anterioribus.


Ajebam sequi altero anno minimum ea præcipi debuisse, id quod ad primum etiam dubium de consignatis duobus augustis expediendum, est necesse; Decentium Magaentii fratrem cæsarem primum anno 1104. factum satis certum est, si ergo etiam numus Fœschianus unus Decentii cum epigraphe P. F. AVG., quem probabilius admodum

argumentis adulterinum vult Bandurius, genuinus foret, is vix ante annum fequentem, atque post pugnam ad Mursam, qua Magnentius victus, cufus fuerit.

Ceterum quod hac in controversia duos augustos adtinet, Vetraniō-nem pro Decentio obtrudit Bandurius, speciem veri id habet maxi-mam ob legationem ad Constantium de pace & provinciis retinendis missam, verum qui hac in parte Bandurii sententiam amplectitur, fateri debedit jam primo imperii anno quinquennalia soluta, cum Ve-tranio eodem anno 1103. VIII. cal. Jan. purpuram posuerit, quod quam absurdum sit, quivis videt.

Novam aliquam viam tentabam, forsan, ut inter comedationem Marcellini augusti titulum sumfit Magnentius, concepta fuisse pro more vota quinquennalia, sed ab temulentis simul decennalia adclama-tata; ut hoc cum chronicō votorum ordine melius consentit, ita pro eo tempore Victoriae & quidem augustorum nos destituunt, quæ tamen his in numis frequentissime celebrantur, non enim persuade-re mihi possum, Constantis cædem a militibus inmissis in castro He-lenæ ad Pyrennæos perpetratam inter victorias referri, nec Con-stantium, cuius fratrem occiderat, conlegam imperii suis in numis signari voluisse; dum Sirmio Vetraniōnis rebellio calendis Martii cœpta Augustodunum nunciaretur, intervallum nimium intercedit pro novo a me producto systemate.


Quare ad primam fere sententiam mecum inclinabuntur aliqui, dum a viris eruditione majore conspicuis argumentum obiter hic solum propositum, adcuratius discutietur, id quod sane mihi eo magis me-ri videtur, quia controversiarum multitudine coactus ipse consue-tam Vaillantio & Baldinio harum animadversionum brevitatem lon-ge sum prætergressus.



D. N. FL. CL. CONSTANTIVS. NOB. CAES. *Caput illius nudum.*
GLORIA. REI. PVBLCAE. *Roma vetus & nova, illa galeata, bæc turrata pede navi inposita sedentes s. bastam d. tenent fertum, in quo VOT. V. Infra SMNR.*

A. de France.

Cæsaris hujus numi rariores ex auro habentur omnes, majoris hic est pretii, quia apud Bandurium abest, cuius numus aureus similis jam M V L T. X. adnunciat, æque difficulter cum historia conciliandus, quam monetæ Magnentii, de quibus illico egeram, Gallus enim Iuliani frater ad cæsaris dignitatem a Constantio promotus est, anno V. C. 1104., eadem autem exutus sub finem anni 1107. in Istria necatus fuit, vota hic quinquennalia, suscepta nempe, optime congruunt, minime vero soluta, quæ per decennalia suscepta ex Harduini numero descripta indicantur hic apud Bandurium; similem numum, qualem nostrum descripsi, cum adservet etiam gaza cæsarea in Harduinianum illum scribarum negligentia errorem inrepuisse fere existimo



D. N. FL. CL. IVLIANVS. NOB. CS. *sic.* Caput illius nudum.
SPES. REI. PUBLICE. *sic.* Cæsar stans militari babitu d. globum,
s. pilum inversum. *R. Cæs. Vind.*

Consuetus hic cæesaris creati typus consentiente pro hac ætate inscri-
ptione ad annum V. C. 1108. referendus est, quo Mediolani viii.
idus Nov. hoc honore a Constantio condecoratus est; ejuscemodi
argenteum quia nullum protulit Bandurius, in' rariorū classe est
reponendus.





D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. *Caput diadematum senioris.*
PAX. PERPETVA. *Victoria sedens cum puello clypeum tenet, in*
quo VOT. V. MVLT. X. Infra TES. AV. Quin. forma Cæs. Vind.

Etsi Valentiniani I. numi in omni metallo passim vulgares sunt, hunc tamen singularis & eximis raritatis pronunciare est necesse, etenim non solum in omni ære apud Bandurium desideratur, sed ipsa epigraphe tam nova & rara est, ut non nisi in Licinii junioris argenteo, signis tamen multo aliis in aversa cælato se in conspectum dederit. Vota inscripta cum anno V. C. 1122. congruunt.

Epigraphe eadem, caput simile.

SALVS. REI. PVBLICÆ. *Quatuor signa militaria erecta. Infra*
T. C. N. &^o astrum. AR. Majusc. formæ musei ejusdem.

Et typo & pondere se plurimum commendat, hoc quidem, quia drachmam & septem grana adpendit, illo vero, quia apud omnes tres Monetas similem nullum indagabis, quare inter rarissimos inlustrem locum promeretur.

Inscriptio eadem, caput eodem ornatu.

TRIUMFATOR. GENT. BARB. *Imp. stans d. labarum, in quo*
monogramma Christi, s. globum, *pone captivus uno genu flexo. Infra.*
TR. O. B. *AV. ejusdem musei.*

Ad

Ad annum V. C. 1121. referri poterit numus præstans, quo Valentianus cum magno exercitu Rhenum transgressus devasta late Alemanorum regione, eos insigni prælio ad Solicinium ita compressit, ut ad pacem petendam, dandosque obsides coacti fuerint. Cetera rarissimis adcessendus est numus, cui alter similis inter æneos solum incerti moduli pag. 467. col. 1. a Bandurio adnotatus, eodem encomio est condecoratus.





D. N. VALENS. P. F. AVG. *Protome loricati, capite diademate ex gemmis cincto.*

GLORIA ROMANORVM. *Duo imperatores sedentes commissi in throno capitibus nimbatis, d. elatis, f. singulos globos. Infra R. N. inter quas literas duo folia & totidem ponduscula vel modiolli campanulis prope similes.*

A. Max. formæ Cæs. Vind,

Maximi item moduli ejusdem metalli & cum eadem epigraphe ex museo regis Galliarum adnunciat numisma Bandurius, verum in ejus postica imperatores stantes cum labaro & globo exhibentur, typus nostræ a versæ nuspiam adnotatus summam, stupendam vero raritatem numo singulari pondus addit, quod L. I. aureos nostrates Hungaricos amplius una quarta, seu ad libram antiquariam, quam Norinbergensem dicere soleo, uncias sex & drachmam semis æquat, ob quam molem averia ad calcem est rejecta.

Cum Valens ab anno V. C. 1120. duos imperii conlegas scilicet primum Valentinianum, & Gratianum, deinde ab anno 1128. hunc

cum Valentiniano juniore habuerit, difficile videri prima fronte potest, definire, quem cum eo confidentem numus referat; adjunctis perpenis neminem horum alium existimo, quam Valentinianum fratrem, numunque ipsum cufum esse anno V. C. 1117. circa Martium, quo mense in conlegam imperii ab eodem adsumtus est Valens.

Conjecturæ hujus meæ rationes reddo: tam Gratiano, quam Valentiniano juniori minus æquo animo adficiebatur Valens, Gratiano quidem cum quia ejus *virtutibus urebat*, ut scribit Ammianus *L. 31. c. 12*, tum quia electionem Valentiniani fratris a militibus factam probaverat illico; Valentiniano vero vel potius utriusque, quia ut *in excerpt. Eunap. de legat.* καὶ γάρ ἀπὸ ἀλιζηλούπιας ἀντῶ πρὸς τὰς συμβασιλεύοντας οἱ παῖδες μὲν ἦσαν ἀδελφοί - - - τὸν δὲ βασιλεῖαν διηρῆθαι καὶ τὰ σφᾶς ἔδοχεν, τὴν διανομὴν ἐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὸν Θεῖον. Causam fuisse cur Gothos seu Scythes fusciperet, emulationem, quam babebat cum bis, qui imperium secum tenebant: erant autem fratris filii, - - - qui imperatoriam potestatem inter se divisserunt, quin de hac distributione ad patrum retulissent aliquid.

Satis ista quidem forent ad Valentinianum seniorem in throno, quem numisma exhibet, stabiliendum, ast officinæ monetariæ indicatio majus aliquod momentum adjicit, literæ R. N. nisi de Roma nova seu Constantinopoli commode explicari nequeunt, ibidem ergo signatus numus rem ibi gestam, præsertim si superiora conjunguntur demonstrat, nullum vero præter fratrem Valentinianum & quidem definito superius anno cum Valente ex augustis aliis ea in metropolí unquam convenisse novimus.

Conveniebat ei adsociationi numus ejus pondereis, quod nonnisi in ejusmodi festo magnificentia prodigere, ut ita dicam, solet; ipsa numi facies thronum eum in Hebdomo satis aperte declarat, de quo Themistius *Orat. VI. pag. 83. edit. Reg.*: ἡ πῶς ἐκ ἀτοπου, τὸν μὲν ἔχαλιαν, ἐφ' ἣς τὴν ἀλεργίδα ἐπῆψαι, περιφανεσέραν ποιῆσαι χρηπίδι, καὶ βήματι, καὶ ἀνδρίσσι. Τῇ πόλει δὲ, ἢν ἐκ ὀκτεις ὄνομάζειν μαλέρα τῆς ἀναρρήσεως, μὴ οἰε θαὶ ἐποφλισκάνειν τὰ χαριστήρια. Aut quomodo non absurdum foret, quum extrellum illud suburbium, ubi purpuram es

indutus basi, subgestu, statuis iulustriorem feceris, urbi, quam non gravaris tuæ electionis matrem dicere, nibil beneficium a te deberi existimare.

Pene oblitus eram earum rerum, quæ in extremo numi limbo præter morem repræsentantur; ut primum linearis pictura descriptum numum ab amicissimo du Vallio accepi, revocabatur mihi memoria ejus crystalli, quæ inter gemmas a Cl. Maffeo iulustratas postremo loco T. I. pag. 113. proponitur, invitarunt ad hoc lauri folia similia, quæ pro strenis explicuit, eruditus autor, iamque in eo eram, ut pictorem in describendis aliis errasse atque pro sicubus campanas descriptas arbitrarer, verum numisma ipsum inspectum errorem hunc me dedocuit, ut, quemadmodum hic repræsentantur, pondera potius vel modios aut vasa iustificationi destinata existimem, quibus explicandis interpretem me feliciorem opto.

Quidquid de his sit reculis, ad summam iulustriissimi hujus numismatis laudem præter hactenus dicta non parum contribuit, illud a Francisco I. Aug. literarum amantissimo duobus ante mortem annis gazæ cæsareæ inlatum fuisse, dignum tanto principe supplementum.

D. N. V A L E N S. P. F. A V G. Caput ejus diadematum.

VICTORIA. A V G V S T O R V M. Victoria spoliis insidens scribit in clypeo, VOT. V. M VLT. X. in arca Q.B. Infra C O N. & astrum.

A. de France.

Priorem inscriptionis partem leges, typum similem inter aureos intueberis apud Bandurium, verum eo in clypeo sola vota decennalia designantur. Numus noster anno V. C. 1122. flatus fuerit, quo victorias de Athanarico Gothorum rege pace coronatas, & fratris superiore anno de Alemanis, Saxonibus & Francis relatas celebrare poterant monetarii.

Numus rariorum classem auget cum altero simili, qui in numophylacio cæsareo conditur.

D. N. V A L E N S. P E R P. A V G. *Caput simile.*

Epigraphe eadem. Victoria situ simili scribit in clypeo. V O T. X. M V L T. X X. in area monogramma Christi. Infra p. A N. O B. A V. Cæs. Vindob.

In annum V. C. 1126., quo Themistii panegyris superius indicata, dicta fuit, ineunte nempe v. cal. Aprilis decennali anno congruit numus, qui tam in auro, quam in argento abest apud Bandurium. Victoriae de Persis & Saracenis explicari possunt. Ejusdem cum superiore raritatis haberri mereretur, nisi eum capitinis epigraphæ rariissimis admoveret.

D. N. V A L E N S. P. F. A V G. *Caput idem.*

Epigraphe eadem. Victoria gradiens, d. lauream, s. ramum. Infra T R O B. A V. Quinarii forma, musei ejusdem.

Eandem fere cum præcedente classem obtinet, quod enim inscriptioni capitinis deest, per molem & pondus inferius subpletur.

Epigraphe, ♂ caput idem.

V I R T V S. R O M A N O R V M. Duo Augg. militari habitu stant, atque singuli altera manu bastam, altera vero globum simul tenent cum Victoria, quæ ambos coronat. Infra C O N S., ♂ duo ramuscui. In altero simili infra T R. O B S. A V. de France.

In nullo ære apud Bandurium similis reperitur, videturque primis imperii annis tribuendus; typus hactenus singularis rarissimorum numero eum inserit.

Epigraphe ♂ caput simile.

V O T. X X. M V L T. X X X. in corona. Infra C O N. C M.


R. Mus. ejusdem.

Quia anno V. C. 1117. augustus renunciatus est Valens, decennalia anno 1127. acta sunt, sed quid de vicennialibus anno 1137. solutis fiet, dum Valens iam v. idus Augusti anni 1131. ad Hadriapolim in rustico tugurio combustus miserrime interiit decem & quinque imperii annis cum quatuor mensibus solum exactis? Ut hoc

mirum, ita alterum magis, a Bandurio inter æneos tertiae formæ pag. 465. col. 2. similem Valentiniani rarissimum prædicari, quin vel verbulo adtingat, eos numeros cum anno imperii duodecimo nec dum finito nulla ratione consentire, atque adeo manifestum monetarii errorem teneri.

Quem hic exhibeo numum, abjecta omni conciliationis spe, ob metallum nobilius eandem laudem majore jure promereri non dubito, quippe, quem nec Bandurius vidit, nec uspiam editum legit.





D. N. GRATIANVS. AVG. *Caput ejus diadematilim.*

GLORIA. ROMANORVM. *Imp. babitu militari stans d. bastam transversam s. globum intra arcum; Infra ANT. R. Majusculus C. Ariostii.*

Præfans hic numus quia ne illo quidem in metallo est proditus, rariorū classēm sola typi insolentia promeretur, pondus granorum quinquaginta septem hac ætate eum versus rarissimorum classēm extollit.

D. N. GRATIANVS. AVG. *Caput Idem.*

VICTORIA. AVGVSTORVM. *Victoria sedens scutum cum ptero alato tenet, in quo VOT. X. Infra - - NT. A. Quin. forma. Cæs. Vind.*

Nec in auro nec in argento similem vidit eruditus Benedictinus, nuspīam vota decennalia sola adnunciantur, quæ quia pro solutis accipienda videntur, aut ad annum V. C. 1129, quo ix. cal. Septembri decimus annus iniit, aut ad eundem diem sequentis, quo finivit, referendus est numus, posteriorem eligerem potius, quo auxilia Valenti contra Gothos misit Gratianus, his nempe cum patrui legionibus conjunctis victoriā augurabantur cum monetariis boni omnes, id sane dicere necesse est, quia nihil victoriarū seu in oriente, seu in occidente annis proxime superioribus reperio. Singularis numus rariores pene excedere videtur.

Epigraphe, & caput idem.

VIRTVS ROMANORVM. *Mulier galeata sedens d. globum, s. bas-
tum. Infra TR. P. S. A. Quinarii forma Cæf. Vind.*

Argenteum ejusmodi inter Bandurianos leges, aureus ne quidem cum hac epigraphe est adnotatus, nosfer ob minorem molem in ratiōrum numero sublimiore loco est constituendus.

D. N. G R A T I A N V S. P. F. A V G. *Caput simile.*
VOT. V. M VLT. X. *intra lauream. Infra s. n.* A R. C. Ariostii.

Ad singularem denarii hujus præstantiam facit quam plurimum non solum in neutro nobiliore metallo, sed ne in ære quidem votorum quinquennalium mentionem fieri in laudato toties a me catalogo.

A Gratiano abire non possum, quin de infortunio doleam, quo præclarus numus aureus in aversa: PRINCIPIVM. IVVENTVTIS. inscriptus museo Perini. de France, in quo pridem conditus erat, præceptus fuit a patrono quidem meo optimo Pellerinio, qui eum sua ex penu tomo I. *Mélange de Medailles* pag 170, tab. 6. N. 12. superiore anno edidit.



D. N.



D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. *Protome galeati obversa d. bastam s. clipeum celatum.*

SALVS. REI. PVBLICAE. A. *Duo impp. sedentes alter major, minor alter, capitibus nimbo cinctis, d. strobium forsax, s. crucem vel sceptrum gerentes. Infra CONOB. Superius in area astrum.*

A. Cæs. Vindob.

Seniorem hic confidentem augustum, cum numus officinam Constantinopolitanam indicet, Valentem haberè possumus, qui adclamatiōnem militum in Pannonia Valentiniano anno 1128. factam subinde etiam probavit. Si cui minor illa figura pro quinquenni puero altanmis videatur, senior augustus Theodosius erit, qui Valentinianum a Maximo tyranno provinciis exutum imperio restituit anno V. C. 1142., victo cæsoque superiore anno Maximo. Conveniebat sane, ut præclarum hoc Theodosii facinus etiam Constantinopolitani monetarii publico in ære celebrarent adjecta præclara epigraphe, qua salutem per Theodosium rei publicæ partam adnunciabant. Numus rarissimis adscribendus, quippe nuspian a Bandurio adnotatus.

D. N. VALENTINIANVS. IVN. P. F. AVG. *Caput ejus diadematum. VICTORIA. AVGVSTORVM. Victoria seminuda insidens spoliis scribit in clipeo VOT. V., in area monogramma Christi. Infra A. N. O. B. S.*
AV. Musci ejusdem.

M m

Victoriam de Gothis a Theodosio sub finem anni V. C. 1133. relata laureatus hic numus respicere videtur, in eandem etiam tempestatem anni Valentiniani, de quo agimus, quinquennalia incident; numus, qui nullo in metallo apud Bandurium recensetur, rarissimum numero est inferendus.

D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. *Caput simile.*
Epigraphe eadem. *Victoria gradiens vulnus obversum d. coronam, s. globum. Infra forsan CON.* AV. Quin. form. musei ejusdem.

Ad restitutionem Valentiniani a Theodosio factam pertinere videtur numismation, ob easdem rationes superiori æquale.

D. N. VALENTINIANVS. IVN. P. F. AVG. *Caput idem.*
VOT. V. MVLT. X. *in corona; infra T. H., intra quas literas monogramma Christi.* R. de France.

Quæ de numo abhinc altero adnotavi, huc adconmodanda sunt etiam; ceterum etsi inter argenteos Bandurii non reperitur, aliquid tamen de laude superiori tributa imminuitur, quia ænei hujusmodi formæ tertiae sunt prodiū.





D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. *Prothome Theodosii capite diadematato.*

GLORIA. ROMANORVM. *Imp. habitu militari stans d. bastam, s. clipeum ad terram. Infra com. AR. Majusculus C. Arioſti.*

Ut conpendio omnes laudes stringam, omni in ære abeft; pondus, quo drachmam quinque granis excedit, rarioribus superiorem eum constituit.

Epigraphe eadem, caput diadematum.

Inscriptio eadem. Imp. eques E^Q galeatus d. protendens. Infra ANT. T. vel A. AR. Can. S. Flor.

Similem æneum tertiae formæ rarioribus adscripsit Bandurius; si metallum nobilius adjicio, ejusdem raritatis pronunciandus est minimum, quam præcedenti adsignavi.

D. N. THEODOSIVS. - - - Caput simile.

TRIVMFATOR. - - - ARB. *Imp. militari habitu stans d. lqbarum, s. globum, ad pedes captivus flectens manibus revincitis. Infra R. T. AR. Max. formæ C. Arioſti.*

Non facile imperatori alii splendidus hic titulus majore jure competit, tot enim gentes barbaras ab eo devictas nobis adnunciant historici, ut non tam mirum fere sit, eos diversis præliis fractas, quam

M m 2

nullum uspiam numum cum hac epigraphe in lucem prodivisse; quem exhibeo argenti mixti tres drachmas quinque granis superat non obstante insigni ruptura. Hæc omnia inter rarissimos sublimiore eum loco constituant.


D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. *Caput simile.*

Laurea, in qua crux, supra & infra coronam CONOB.

AV. Quin. forma. Cæf. Vindob.

Etsi hunc ob defectum certorum signorum criticorum Theodosio juniori aliquis adplicare potest, seniori cum Froelichio tribuere malui; ut ut tamen sit, sub neutro imperatore cum Bandurius eum adnotaverit, numi hactenus non editi gloriam apud omnes habebit.





D. N. F. L. VICTOR. P. F. AVG. *Caput ejus diadematum.*
 VICTORIA AVGUSTORVM. *Victoria seminuda sedens scribit in clypeo a puero alato sustentato: VOT. V. MVLT. X. Infra M. D. OB.*
AV. Quin. forma. Cæs. Vindob.

Inter rarissimos, quales Victoris aureos omnes esse vel ex eo liquet, quod a Bandurio duo solum nec epigraphe diversi adnotantur, inter rarissimos, inquam, singulari præstantia eminet noster, nullo enim in metallo vota quinquennalia soluta, & in parentis Magni Maximi monetis solum in parvo ære reperiuntur coronæ inscripta. Quia tyrrnidem adripuit Maximus anno V. C. 1136. mense Aprili atque filium admodum puerum illico augustum renunciavit, vota hæc celebrari poterant, antequam Maximus anno 1140. relicto ibidem filio se Italæ infunderet mense Augusto, conferret huc aliquid indicatorm Maximi numorum alter LVG. s. Ceterum festum hoc a filio in Galiis, a patre in Italia pulso jam Valentiniano agi poterat anno quinto finiente, cum Maximus primum in Julio aut Augusto anni 1141. Aquileiæ captus cum purpura caput amiserit, quem filius in Gallia trucidatus paullo post secutus est.



D. N. A R C A D I V S. P. F. A V G. *Caput illius diadematum*
C O N C O R D I A. A V G G. A. *Constantinopolis sedens d. bastam, pede*
proræ inposito, s. scutum, in quo VOT. X. M V L T. X X. *Infra*
C O N . O B. *A V. Cæs. Vind.*

Ut Arcadii numi, qui concordiam duorum, trium, aut quatuor augustorum adnunciant, spectata chronologia vagi sunt ob augustos identidem alias, ita vota decennalia adscripta dubitare non sinunt, Theodosium & Honorium hic indicari, qui anno V. C. 1146. XII. cal. Decembris augustus a patre est creatus, atque hic ipse annus decimus in imperio est Arcadii. Inter aureos Bandurii vota quinquennalia, & vicennalia solum leges. Numus rarioribus adscribendus.

Epigraphe, & caput simile.

V I R T V S. E X E R C I T V S. *Miles stans d. bastam, s. clypeum ad ter-*
R. majusculus C. Ariosi.

Drachmam septem granis superat, nullum similem in utroque meliore metallo adnotavit eruditus Benedictinus, atque licet inter æneos eadem epigraphe frequenter se obferat, in nullo tamen typus cum nostro consentit, ut adeo singularibus etiam ob molem adnumerari debeat.

Caput simile, epigraphe eadem.

VOT. V. M V L T. X. in corona. Infra M D. P. S.

R. de France.

- Sola decennalia denarii hactenus prodiderunt, quare rariorum classem auget hic propositus.






D. N. HONORIVS. P. F. AVG. *Caput ejus diadematum.*

VICTORIA AVGG. *Imp. capite nimbato habitu militari flans d. labarum, in quo VOT. X. scutum, in quo MVL T. XX. pede premit captivum.; in area M. D. Infra CONOB.* AV. Cæs. Vindob.

Per omnes tres Monetas frustra investigabitur numus singularis, typus novus, quo vota in labarum, & scutum divisa sunt, raritatem mirifice auget; vota hæc in annum V. C. 1157. congruunt. An victoriæ de Isauris ab Arbazace relatæ, qui ipse eorum auro vinctus est, hic designentur, dubitari potest.



PR I-



PRISCVS. ATTALVS. P. F. AVG. *Caput ejus diademate ornatum.*
VICTORIA. ROMANORVM. *Victoria gradiens d. coronam, f-*
ramum. Infra P. S. T. *R. Can. S. Floriani.*

Intrusi hujus ab Alarico Gothorum rege principis numos omnes inter rarissimos censem antiquarii: argenteus ejuscemodi desideratur in compilatione bibliothecarii Florentini; quæ de victoria ad similem æneum differit Bandurius mihi probari non possunt. Mallem monetarios typum hunc præ alio adsumisse ex spe expeditionem Africam contra Heraclianum melius cessuram, idque eo magis, quo fames Romanos ad istiusmodi auguria impellebat.



N n



D. N. THEODOSIUS. P. F. AVG. *Caput diadematum junioris.*
 VICTORIA. AVGG. *Victoria sedens scribit in scuto XX. XXX., in*
area crux & astrum. Infra CONOB.

A. minoris formæ de France.

Observat ad numum musei Brandenburgici T. II. pag. 840 quarto loco in imagine propositum a Cl. Begero Bandurius, legendum in eo potius XX. cum XXX. ratione adjecta: *tricennalia enim vota in decennalibus suscepta esse nusquam auditum est.* Id ipsum profiteor, verum videtur hic eruditus Benedictinus aut solam numi imaginem inspexisse, aut memoria lapsus esse, diserte enim Begerus de quadragennalibus explicat, de quo ad numum mox recensendum sermo redibit.

Id mihi certum videtur, numum Brandenburgicum de vicennalibus exponi non posse, quod vel numus *noster* docet, cui propterea riorum classis debetur, quod nullum ejuscemodi recensuit Bandurius; vicennalia hæc nequaquam anno V.C. 1181. aut 1182. numerando scilicet a morte Arcadii, sed anno 1175. computum ducendo ab anno 1155., quo augustus III. idus Jan. renunciatus est Theodosius, acta fuisse censeo, atque suo loco conprobabo, nisi quis velit in annum 1177. dilata, qui alioquin ob titulum augustæ Placidæ datum atque Valentinianum cæsarem creatum aliquid istiusmodi festi arguit.

Epigraphe & caput idem.

*Inscriptio eadem. Victoria sedens in spoliis cum scuto, in quo supra manum x., infra xxxv., in area binc astrum, inde monogramma Christi.
Infru CONOB.*

A. Cæf. Vind.

● Pro numi hujus singularis explicatione ad Begerianum, de quo illico, redeundum est; subscriptio alicui in mentem venire posset, cum, ut bene observavit Bandurius, absurdum sit decennalia cum tricennialibus conjungere, an non de industria alterum de xx. denarium cælatores omiserint, velut a brachio aut manu scribentis Victoriae obiectum, id quod subscripti numeri x x x. Romanis oculis fatis indicabant. Ut de ingenio artificum ejus ætatis ad ejusmodi minutæ pictoriæ elegantias se porrigente non parvum dubium, ita hanc quamcunque conjectiōnem numus noster singularis penitus tollit, et si enim a manu scribentis unus x. obculi posset, duo profecto non poterunt, quod tamen in præsente numo ob subjecta tertia quinquenalia necesse foret.

Duo hinc consequuntur alterum, genuinam, Brandenburgici numi lectiōnem eam esse, quam Begerus adnunciat: altum, votorum horum calculos nequaquam posse ab anno V. C. 1161., cuius initio post mortem Arcadii solus imperavit Theodosius, subduci, sed redeundum esse ad annum V. C. 1155., quo augufti titulum a parente accepit, nam, cum in nostro numo non conceptorum sed solutorum quintorum quinquennalium, seu ut cum Marcellino comite loquar, nonorum fiat mentio, ducto initio ab anno 1161. obtineremus annum 1206. quartum jam a Theodosii morte, ubi contra via altera nos ad tertium ante mortem annum 1200. dedit.

Marcellini comitis paullo ante memini, hic eti non levi errore festum hoc anno Christi 444. seu V. C. 1197. adfigit, ostendit tamen principium epochæ nequaquam a morte Arcadii fluere. Quod epigraphes priorem partem, & ipsam Victoriae sedentem adtinet, quia nec a Valentiniano III. hoc tempore, minus a Theodosio, qui paullo ante turpem cum Hunnis pacem concluserat, aliquid ad memoriam bello gestum invenio, arbitror hunc typum ea ætate a monetariis votorum festo jam usu aliquo destinatum, seu deinde relatas, seu votis conce-

N n 2

ptas victorias indicaret. Præstans hic numus, quia in omni ære abest, rarissimos inter quam maxime eminet.

Epigraphe eadem; Protome junioris vultu adverso.

VIRTVS. EXERC. ROM. Vir habitu militari gradiens d. captivum trabit, s. tropæum in bumerco portat. Infra CONOB.

A. de France.

Seu inscriptionem, seu signa in aversa cælata spectes, frustra similem per trium Monetarum officinas investigabis; rarissimum hoc numisma præ aliis merebatur, ut in fronte depictum reliquorum agmen duceret.

D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. *Protome galeati vultu obverso d. bastam in bumerum reclinatam, s. clypeum.*

VOT. XX. MVL T. XXX. I. Victoria stans d. tenet crucem, s. vestem colligit. Infra CONOB.

R. C. Arioſti.

Argenteos omnes hujus imperatoris rarissimos pronunciavit Bandurius, neque univ. plures tribus repræsentare potuit, hos inter nos ter abest, adeſt tamen inter aureos, quod criterium eruditii Benedictini adjicere placuit, ne quis putet, ex monetis Theodosii senioris aliquam huc traductam.

Epigraphe eadem. Caput diadematum juvenile.

Tropæum adposito utrinque astro. Infra CONOB.

A. Quinarius Cæſ. Vind.

Elegans numulus nec in aliis metallis geminum sibi habet, typus aversæ hac ætate omnino singularis eum ex rariorū vulgo extrahit.



D. N. GALLA. PLACIDIA. P. F. A V G. *Caput filiae Theodosii M. Placidii Valentianiani matris.*

S A L V S. R E I. P V B L I C A E. *Victoria gradiens d. crucem magnam,
in area R. & v. Infra. C O N O B.*

A. de France.

Inlustrem hanc feminam erudite post du Cangium e Theodosii M. thalamo , quo eam Mediobarbus conlocaverat, sublatam Constantio Patricio tradidit Bandurius; numos ejus tam aureos, quam argenteos rarissimos habemus. Quem hic depingi feci, non vidit Bandurius, et si enim quinque aureos cum hac epigraphe subpeditet, in iis tamen Victoria spoliis insidet, ex quo satis numi præstantia elucet.

D. N. G. - - - C I D I A. P. F. A V G. *Caput simile.*

Crux intra lauream; anepigraphus.

AR. minoris mod. C. Ariosti.

Dum de rarissimis numis res est, et si temporum injuria servati sunt minus, parum sollicitos habet antiquarios, præsertim dum ex eorum sunt numero, qui hactenus editi non fuere, atque haec est conditio præsentis.

N n 3

Epigraphe, & caput simile.

Monogramma Christi in laurea. Infra v.

R. Cæs. Vind.

Titulus Pie Felicis ante hanc ætatem nulli feminæ tributus erat, ex quo præter alia argumenta hanc Gallam Placidii Valentiniani matrem arguit Bandurius, numus, qui ut superior in ejus compilatione abest, ejusdem est raritatis.





D. N. PLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG. *Caput Valentiniani
III. diadematum.*

SALVS. REI. PVBLICAE. circa lauream, in qua monogramma
Christi. *Infra. CONOB.*

AV. Cæs. Vind.

Imperatoris hujus aurei vulgares sunt, propositus tamen in omni ære apud Bandurium desideratur, quia eadem epigraphe, quæ in matris & tutricis numo obcurrit; forsan ad annum V. C. 1177. referri poterit, quo Theodosius conlegæ occidentem regundum tradidit.

Epigraphe &c caput simile.

VICTORIA. AVG. *Imp. ueste militari stans d. crucem longiorem s. globum, pede draconem calcat, pone figura minor simili babitu, cui a manu ex nubibus porrecta corona imponitur, in area R. N. Infra. CONOB.*

AV. de France.

Quia draco sub pedibus saepius in Theodosii numis conspicitur, arbitror hic eundem imperatorem cum parvulo Valentiniano repræsentari, cui post victum Joannem per Helionem diadema cum purpura anno V. C. 1178. Romam transmisit; laurea cœlo demissa, victoriam eam divina potissimum ope obtentam designat, id quod Theodosius abruptis circi ludis, ubi laureatam epistolam accepit, ad templum cum populo properans agnoscere videtur, præsertim si ea conferimus, quæ Socrates L. VII. c. 23.

Αγγελος γαρ θεος εν χημαλι ποιμένος ὁδηγεῖ τὸν Ασπαρα καὶ τὰς σὺν αὐτῷ, καὶ ᾧγει διὰ τῆς παρακειμένης τῇ Ραβέννῃ λίμνης. Angelus enim dei sub pastoris habitu Aspari, iisque, qui cum ipso erant, ducem se itineris praebuit, eosque per paludem (de qua inferius: per eam neminem unquam iter fecisse memorari) Ravennæ (ubi tyran-nus erat) adjacentem deduxit.

Epigraphe, & caput idem.

Crux in laurea, anepigraphus.

R. Cæs. Vind.

Argentei hujus principis rarissimis adcententur, neque Bandurius tribus plures protulit, noster ibidem non adnotatur.



D. N.



D. N. PETRONIVS. MAXIMVS. P. F. A V G . Caput ejus diadematum.
VICTORIA. A V G G G . Imp. sedens d. crucem, s. Victoriam pedem
inponit capiti animalis; in area R M. Infra C - - R. AR. de France.

Tribus solum circiter mensibus cum purpuram cæde Valentinianni partam tulerit Petronius, ejus numos præcipuæ raritatis habendos mirum non est, hanc vero, imo majorem laudem ad argenteos se potissimum porrigere, luculenter unicus hujus metalli & a nostro diuersus apud Bandurium conficit.


Ut tres augustos pro numis aureis simili inscriptione insignibus prodat, Marcianum ex oriente & Gallam Placidam Valentinianni vi duam, atque Petronii invitam conjugem adcerdit, qua in opinione eum reprehendere vix possum. Magis de victoria, quæ ad hanc augustam trigam pertineret sollicitum forsitan esse oportebat, tanquam de præcipuo numi argumento, in oriente nullam sub id tempus deprehendo, neque domi etiam, non enim arbitror hostium receptum audita electione Aviti in supremum exercitus imperatorem pro victoria habitum, de quo cecinit Sidonius Car. VII. v. 388.

Oo

*Ut primum ingesti pondus suscepit honoris
 Legas qui veniam poscant, Alamane, furoris.
 Saxonis incursum cessat, Chattumque palustri
 Alligat Albis aqua.*

Si vera hæc forent etiam, de quo tamen grave dubium movet, a poeta socero decantatum fuisse panegyricum. Mallem typaria hæc pro Valentiniani numis destinata fuisse.





D. N. MARCIANVS. P. F. AVG. *Protome Marciani galeati d. bastam, s. scutum tenentis.*

FELICITER. NVBTIIS. sic. *Marcianus & Pulcheria sponsa stantes dextras jungunt adstante Anatolio tum Romæ novæ patriarcha, singularum capitum nimbo sunt cincta. Infra CON. O.B. AV. de France.*

Sæpiissime a me laudati numophylacii gemmam depictam hic fisto, ita singulare omnia rarissimæ elegantiæ numus unicus objicit; per sponorum augustorum dextras jungentium signa prioribus imperatorum seculis persæpe nuptiæ indicatæ fuerunt, nunquam vero posteriore hac ætate: adfistens præsul Christianum nubentibus bene precandi morem sine exemplo ostendit: epigraphe tam nova, quam eximia est, in nullo etiam deinceps numo cælata, ut de orthographiæ ratione nihil dicam. Denique quod non parum mirum, in omnibus aliis Marciani numis non nisi obvia typaria adhibita videbis.

Nempe virgineas & singulares Pulcheriæ sanctissimæ feminæ nuptias ejuscemodi in auro memoria condecebat, qua subplentur ea, quæ Zonaras L. XIII. c. 24 narrat, dum ad se adcerfitum Marcianum adloquentem inducit Pulcheriam: Σὲ παρὰ πάντας ἐις βασιλέα πρωτέρωτα, μοι δοίης πληροφορίαν, τηρῆσαι μὲν τὸν παρθενίαν ἀέπαφον, ἢν τῷ Θεῷ ἀντέθειτο τὸ δὲ συνθεμένον, μετακαλεῖται τὸν πατριάρχην, καὶ τὴν βελλὴν, καὶ ἀναγορέυει τόπον, καὶ ταινιοῦ διαδηματί. Te præ omnibus imperatorem elegi, si fidem dederis, te virginitatem meam, quam deo concravī, intacta servaturum. Ad sensum illum, patriarcha & seu adcerfisis, imperatorem salutat, & diademate cingit.

Oo 2



AEL. PVLCHERIA. AVG. *Caput Pulcheriae diadematum margaritis,
cui manus ex nubibus porrecta coronam inponit.*

VICTORIA. AVGGG. *Victoria stans d. crucem longam. In area
astrum. Infra CONOB.*

A. Cæs. Vindob.

Superior Marciani numus de singularibus præcipius erat aliquis, et si ad Pulcheriam adtinebat plurimum, hic, si aversam spectas, undique abest; duos Bandurius solum repræsentare potuit, aureum cum epigraphe: *Salus Rei Publicæ*, argenteum anepigraphum cum crucula intra lauream. Augustæ hujus cum aurei, tum argentei rarissimi habentur omnes, quid de numo singulari censendum sit, ex his æquus æstimator pretiosarum istiusmodi mercium facile dispiciet.

Numus, quia Pulcheriæ capite signatus ad annum V. C. 1205 vel sequentis initium referendus est, quo victoriæ de Attila, Saracenis & Persis relatæ adnotantur, tribus augustis merito hæc belli fortuna adscribitur, quod primis hujus anni mensibus intima inter Valentianum III, & Marcianum amicitia coaluit; ajebam huic anno vel alterius primis mensibus adfigendum numum, quia sub medium sequentis anni Pulcheria Augusta ad superos abivit.




D. N. sic AVITVS. PERP. F. sic AVG. Caput illius diadematum.
VICTORIA. AVGGG. Imp. stans d. crucem longiorem, s. Victoridam,
s. pede captivum premit; in area A. R. infra COMOB.

R. C. Ariosti.

Hujus occidentis post Valentianum imperatoris numi omni in metallo rarissimi censentur, sex aureos argenteum unum cum solum protulerit Bandurius, hujus metalli monetæ ipsis rarissimis præstant aureis, quare noster denarius etiam capitibus epigraphæ, qua *Perpetui & Felicis* tituli in numo integerrimo conjuncti, tum posticæ signis a Banduriano diversus eximiae est raritatis, et si inter aureos simili typo hactenus reperti fuerunt. De tribus augustis numo inscriptis aliud non subit, quam quod Bandurius adnotavit; quod laureatum numi titulum adtinet, de Vandalorum classe in Sicilia depressa, de Suevis in Hispania cæsis explicari debet.



Oo 3




D. N. LEO. PERPET. AVG. *Protome galeati, d. bastam supra bumerum, s. scutum.*

VICTORIA. AVGSTORVM. *Victoria gradiens d. corollam, s. globum crucigerum; in area astrum. Infra CON. OB.*

A. minoris moduli de France.

Etsi hujus augufti monetæ aureæ obviæ, quam hic depingi feci, in rariorū classem adscribi debet, etenim, cum in pluribus numis trium augustorum victoriæ celebrentur apud Bandurium, omnes unico excepto consueta sigla AVGGG. infignes sunt, noster præterea signo aversæ partis differt. Annorum indiciis destituti, an de Gothis, Hunnis, Vandalis relata sit, quam præfens exhibet, victoria, divinare non possumus.





AELIA.VERINA. AVG. Caput illius diademate gemmato ornatum, cui manus superne demissa coronam inponit.


VICTORIA. AVGGG. Victoria stans d. longam crucem, in area astrum.

Infra. CONOB.

AV. Cæs. Vindob.

Nec argentei, nec ænei Verinæ hactenus antiquariis in manus venerunt, ipsos aureos rarissimorum laudem habere satis declarat ingens illa solitudo, quam apud Bandurium repieres, duo nempe inter se admodum parum, a nostro plurimum diversi, se fistunt, quare singularis hic eximiae raritatis est habendus. Divinam illam peculiarem protectionem, quam manus cœlo demissa indicat, ut initio religionis exercitationibus fere tota dedita promerebatur, an deinceps expecta fuerit, dubitandum est merito, ubi regnandi ultra sexum avidissima nihil non ausa est, ut ambitioni satisfaceret, donec volente Zenone in Ciliciæ aliquod castellum ab Hillo est detrusa, ut hæc omnia narrat Candidus apud Photium c. 79.






D. N. ANTHEMIUS. P. F. AVG. *Caput illius diadematum.*
Monogramma Christi in laurea. Infra R. M. AR. C. Arioſti.

Alter similis adſervatur in museo cæſareo Vindobonensi, inferioribus literis ſolum diverſis, raritatis singularis ambo habendi ſunt, quia argenteus adhuc nullus productus eſt, quem enim Bandurius adnotat, fuſum ad aurei exemplum declarat, ab hoc tamen ipſo noſtri diſcrepanſt.



D. N.



D. N. IVLIVS. NEPOS. P. F. AVG. *Caput diademate & cruce ornatum.*

Intra coronam lemniscatam monogramma Christi diverso, quam alias exprimi solet situ. Infra COMOB.

A. de France.

Nepotis, qui Glycerio ejecto occidentis imperator jussus est, numi aurei rarissimi sunt, quem hic depingi feci, a Bandurianis in averfa parte differt, nihil enim præter crucem in suis adnunciat, difficile sane est, tres numeros & aureos quidem tam male habitos, ut in horum nullo Græcum p. observaretur; typus quem adjungit eruditus Benedictinus unicum nostrum numum persuadet, latior enim ibi crux repræsentatur, quæ ductus literæ x. in unum pedem erectæ mole excedit quamplurimum.

Nepotem hunc *armis pariter summum augustum ac moribus L. V. ep. 16.* scribit Sidonius, non mediocres illi laudes admetitur alibi, et si imperio solum duos ultra annum menses fuerit perfruitus ab Oreste pullus, in cuius filio Romulo occidentis imperium est extinctum.

Pp



D. N. B A S I L I S C. E T M A R C. P. F. A V G. *Caput galeatum vultu obuerso d. bastam , s. clypeum.*

S A L V S. R E I P V B L I C A E. *Imp. cum cæsare sedens capite coronato & nimbato , uterque d. sceptrum , s. globum , supra sellam crux , cui inminet astrum. Infra CONOB.* *A. Cæs. Vind.*

Verinæ artibus, Basilisco & Patricio adjuvantibus pulso Constanti-nopoli Zenone præter ambitioſæ feminæ opinionem, quæ Patricium, cui male consueverat, evectum voluit, Basiliscus frater adclamatus fuit imperator anno V. C. 1228, qui illico Zenonidem conjugem augustam, Marcum filium cæsarem & non multo post etiam augu-stum dixit, ad hoc tempus præsens eximiæ raritatis numus est refe-rendus. Laudem quam illi adtribui, nullo negotio stabilio, aurei Basiliſci omnes riorum classem obtinent, hos inter ex Bandurii ſententia ſimili gradu eminent illi, qui Marcum filium adjunctum ha-bent, complementum addit averſæ epigraphe & typus, quibus fi-gnatum numum apud eruditum Benedictinum fruſtra quæres.

D. N. B A S I L I S C V S. P. F. A V G. *Caput diadematum.*

V R B I S. *forsan Restitutor. Genius Constantinopolis ſedens d. Victorio-lam , s. bastam. Infra P.* *R. C. Ariosti.*


Unicum cum ſigno militis ſtantis tanquam ſingularem adnotavit Bandurius, ex quo facile conſicitur, hujus metalli numos multum præſtare aureis, atque rarifimos cendos. Ut mirum Bandurianum

numum sine omni inscriptione , ita dolendum nostrum cum truncata extremis tamen aliquarum literarum in obposita parte pedibus se ob-
jicientibus comparere.

Forsan post gravissimum illud incendium , quod præter splendidissima ædificia majore urbis parte etiam bibliothecam cum sex & viginti voluminum millibus absumvit , catus est numus , sane cum Aſpararem laudet *L. 14.* Zonaras , eum vas aqua plenum bajulantem plateas percurrisse , suo exemplo ad restinguendum incendium non solum cohortatum , sed singulis numum argenteum pro mercede dedisse , imperatorem cum eo in periculo , tum deinde in restituendis parietinis vix negligentem fingere possum , et si fateor , id difficulter combinari posse cum eo dictorio tota urbe jactato , quo Basiliscum ἐμπρισμὸν , καὶ τῆς βασιλείας ἀφανισμὸν incendium ἐγ̄ eversionem urbis nominabant , teste Cedreno *T. I. pag. 351.*




Pp 2



D. N. IVSTINIANVS. . . . Caput Justiniani I. diadematum.
Crux in laurea supra globum. R. Cæs. Vindob.

Imperatoris hujus monetæ in omni ære quidem vulgares, raris tamen adnumerandus est numus hic depictus, quod apud Bandurium adnotatus non est, quos enim hujus aliquantum similes prodidit laudatus compilator, monogramma Christi laurea circumdata exibent exiguo quidem seu ad elegantiam, seu ad eruditionem discrimine, ad raritatis tamen pretium sufficiente.





IVSTINV S. PIVS. C. *Caput illius diadematum.*

VICTORIA AVCOZTV. *Victoria stans d. crucem, s. ferum
Infra CONO.*

A. minoris formæ de France.

Fateor difficile esse persæpe, numos inter seniorem & juniores dispertriri: quod præsentem adtinet, non parvo mihi est momento Frœlichii subfragium, qui juniori tribuendum censuit, nullum cum hac aversa protulit Bandurius, rarissimi hujus principis aurei sunt, huic constituto pretio si adcedit capitinis inscriptio in suprema hac classe insigni præstantia eminebit. Quod si quis etiam ad seniorem eum referendum vellet, ipsa hac anticæ epigraphe haud multo inferiorem laudem ei conciliabit.




P p 3



• • T I B . P P . A V G . *Caput galeatum Tiberii Constantini.*
 VIRTVS. ROMANORVM. *Mulier sedens d. globum, s. bastam.*
Infra M.D. PS. *A. de France.*

Non facile in aliquo augusto eam nominum variationem observavi, in nostro numo anterior inscriptionis pars detrita Constantini nomen prænomini Tiberii præpositum esse debebat, plures monetæ aliæ *Tib. Constant.* inscriptæ sunt, in aliis solum. *D. N. Constantinus* leges, in aliis *D. N. Tiberius* reperitur.

Galeatum caput, quam maxime convenit principi, qui quam plurima per se & duces præclare contra Mauros & Persas gessit, cui bellorum felicitati apte respondet aversæ epigraphe, & typus; ob posticæ singularem præstantiam inter argenteos, quos rarissimos esse omnes, duo solum a Bandurio adnotati, atque ab hoc diversi satis conprobant, eximii pretii est habendus.




D. NO. L^E. P^AM^YL. *Caput Leonis III. diadematum crucigerum.*

D. NO. C^ON^TA^NT^I. *sic. Caput simile filii, ad cuius caput utrinque astrum.*
R. C^aes. Vind.

Unicus hic, quod scio, Leonis Isauri numus argenteus est hactenus, quem enim huic imaginum extirpatori tribuit Cl. Begerus, justissima Bandurii sententia ad Leonem sapientem seu philosophum rejectus; noster in omnibus cum certis ejus numis aureis consentit, in quorum antica *multos* annos charactere barbaro ei coprecantur cives & monetarii, quibus votis ad perniciem quidem religionis catholicæ eventus satis commode respondit, quippe viginti quatuor annis & quod excurrit in purpura exactis. Copronymus Constantinus in aversa signatus docet hunc numum ante annum V. C. 1473. signatum non fuisse, quo biennium ingressus puer imperator renunciatus a Germano patriarcha coronatus est ipso paschatis die teste Cedreno

pag. 453.



- - O - - L E O N . P P . A . *Protome Leonis diademata cincti crucigero,
d. globum similem.*

- - - C O N S N . P P . *Protome inberbis Constantini porphyrogeniti d.
crucem gerentis.* A . min. mod. de France.

Aureos hujus Leonis rarissimorum classi adnumerant antiquarii , unicum a nostro multum diversum repræsentavit Bandurius , uterque post annum V. C. 1658 signatus fuit , quo quartis nuptiis ei Constantinus porphyrogenitus ex Zce natus est , quem septennem puerum sub tutela Alexandri patrui imperii hæredem reliquit.



N I K -



ΝΙΚΗΦΟΡ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛ. ΑΤΓ. ΒΡ. *Amborum protomae diadmate ornatae cum cruce, simul crucem duplam tenent.*
 ΞΙΝΣ. ΧΡ. ΡΕΓΝΑΝΤΙΩΝ. *Protome Servatoris d. elata, s. librum evangeliorum.*
A. de France.


Nicephoro II. Phocæ nempe præclarum hunc nūmum tribuendum esse, Basilius privignus in antica conjunctus conprobat, filius is erat Romani junioris ex Theophanone, cuius ut studiis ad imperium enectus est Phocas, ita eam paullo post duxit. Confirmat hic aureus, quæ Constantinus Manasses cecinit *Conpend. chron. pag. 117.*

Καὶ πρὸ τὰς παιδας Ρωμανᾶς χέσιν παῖρος δεικνύει.
In filios Romani affectionem paternam ostendit.

Neque opus erat nova coronatione, dum imperii conlegam eum adscivit, quia ut Cedrenus de Romano juniore, & Basilio ejus primogenito tum infante scribit T. II. Hist. compend. pag. 642. Eadem tertia indictione festo puschatis die filio suo coronam imperatoriam per Polyenium patriarcham imponit in majore templo. De Basilio hic agi, quæ mox sequuntur, docent: in sequente anno rursum ei filius nascitur ---- quem a patre Constantiū nominavit.

Inter numos hujus imperatoris aureos rarissimos, id quod unus solum a Bandurio productus satis persuadet, noster ob ea, quæ præmisit, plurimum eminet.

Q q




ΘΕΟΔΩΡΑ VIΓΟΒΣ. *Protome imperatricis gemmis unde quaque ornata & d. sceptrum gemmatum s. globum crucigerum gestat.*
IC. XC. *Protome Christi capite nimbato, s. librum.*

A. de France.

Theodoræ Constantini VII. & Helenæ filiæ, celebris illius Zoes sorori tribui debere numum, cum ornatus, tum augustæ titulus nullo negotio conficit, primum hæc cum sorore imperavit, sola vero post extinctum Constantinum VIII. Monomachum anno uno & menses fere novem. Similem numum nuper edidit Cl. Péllerinius de re numaria Vir meritisimus *Mélanges de Méd. T. I. pag. 172.*, per quod tamen Austriae museum gloriae nihil decerpitur, noster enim hujus nobilissimæ feminæ primus comparuit jam anno quinquagesimo primo Florentiæ a Gorio editus in appendicula, quam animadversionibus Frœlichii in numos urbium adjecit.

Primum ajebam, etenim, quem du Cangius ex Strada descripsit, jam adulterationis nota inussit Bandurius pag. 745. Rarissimus numus noster cusus fuerit anno V. C. 1808. æræ vulgaris 1055., aut sequente.



* Ι CAAKIOC. BACIAEUS Pωm. *Imperator stans cum stemmate crucero d. gladium ex vagina adpensa eductum.*

* IHS. XIS. REX. KEGNANTΩM. *Chriſtus ſedens d. elata ſ. li-
brum.*
A. Cæſ. Vind.

Pari fere raritate commendandus eſt, quem hic depingi curavi, ſi, ut convenit, ex numero editorum raritas eſt metienda, unicū ab hoc diverſum adnotavit Bandurius Comneni Isaacii; majus tamen ei p̄tium adcedit, quia mirifice historiam conprobat. Novimus, armis non ſatis cum æquitate conjunctis Isaacium adiviſe imperium, atque tumorem ex bellica laude ortum præcipue ab ſcriptoribus in eo reprehēſum fuifſe, ita de illo Zonaras L. XVIII. ſ. VI. pag. 268.


Τῇ βασιλείᾳ ἐγκαταſάς, ἔαυτῷ τὸν ταῦπης ἐπιτυχίαν, καὶ ὡς τῷ Θεῷ ἐπεγράψατο, καὶ τέλο δῆλον, ὅτι τῷ ιημίσματι ξιφίῳ ἔαυτον ἐνεχάραξε μόνον ἡχὶ βοῶν, ὅτι τέλο μοι τὸν βασιλείαν, καὶ ὡς ἐπερόν τι πρεξέντος. Firmato imperio eam fortunam non deo, ſed ſibi adſcripſit, id quod ex eo liquet, quod in numis ſuam imaginem ſtricto enſe inſcalpen- dū curavit, tantum non clamitans, eum ſibi, nec quidquam aliud imperium adquifiriffe; ſimilia fere Scylitzes. Quid jucundius, quam dum ita historicis monumenta respondent?

Liquet hinc præterea, Cl. Liebeum Goth. Num. pag. 89. non recte interpretes adductorū historicorū malæ versionis adcuſaviffe, qui

Q q 2

nempe σπαθηφόρος Scylitzis, & ξιφίρρης Zonaræ *districto* vel *stricto* ense reddiderunt, cum hic numus, tum alter fere similis in museo de France genuinam notionem utriusque vocabuli adhibitam fuisse docet; arbitror, hujus ætatis imperatores alios extra senatum etiam *ense pæcinctos* processisse, et si dum in monetis toto corpore stantes repræsentantur, habitu consulari conparent, quia ergo insolens aliquid ab autoribus carpitur, nequaquam sagum, & militaris ornatus, qui sine adpenso gladio esse non poterat, sed id ipsum arrogantiæ tribuitur, quod & numi nostri oculis objiciunt, & interpretes aptissime explicuerunt, & sane illud Zonaræ: μόνον ἐχὶ βοῶν plus aliquid designare videtur, quam *ense* in vagina condito armatum esse.





H C O N S T A N T I N P S . Δ O U K A O . *Protome cum diademate crucigero d. scepirum cum cruce s. globum crucigerum.*

I C . X C . *Protome Christi.*

A V . de France.

C O N S T . - - - Δ O U K A C . *Duce stanti adfissit Deipara ad levam, capite nimbato, d. bene precantis more levata. In area M. Θ.*

H E I S R S . R E X . R E G N A N T I M . *Christus nimbo cinctus sedens, s. librum.*

A V . Concavus ejusdem musei.

Epigraphe utrinque eadem; Ducas stans d. labarum, s. globum crucigerum, capite item cruce ornato.

T y p u s i d e m .

A V . Concavus ejusdem musei.

Unicum æneum tertiae magnitudinis ex du Cange protulit Bandurius, quin vel minimam aurei alicujus mentionem faceret; tres hic uno missu atque ex eodem museo produco, qui, et si ad eruditionem singulariter nihil continent, rarioribus adscribi debent.



* ROMAN - - - Christus medius stans inter Romanum & Eudociam conjugem, manus diversas inponit capitibus augustorum, quorum ille s. illa d. globum crucigerum tenet; supra Christum IC. XC. KON. MIX. AN. Tres privigni stantes supra singula pulvinaria, in medio Michael altior d. sceptrum. A. de France.

Rarissimum hujusmodi ex eodem metallo flatum numum dedimus in museo Austriaco, in quo etiam augustæ nomen distinctius legitur, hunc tamen potius hic dèpingi feci, cum ut videatur ejuscemodi cimelia etiam in privatis numophylaciis condi, tum ob discriminem illud, quo filii hic singuli suis pulvinaribus insistunt, quod nec in duobus cæfareis, nec in altero apud de France observatur. Adcedit etiam illud, planum esse hoc numisma, alia tria concava, ex quo liquet, eodem tempore diversum a monetariis cudendæ monetæ modum adhibitum.

Signatus videtur hic numus ante medium Januarii anni V. C. 1821 Christi 1068., quia privigni in aversa cum Romano conjunguntur, etenim hos Eudocia ex Constantino Duca suscepserat, atque ab eo morituro jurejurando adacta est, imperium dum adolescerent, filiis servaret, neque alteri nuberet; verum callida femina a patriarcha, sua potius ambitione decepto, sacramenti religione liberata præ Barba Diogenem non solum imperii, sed thalami consortem elegit septimo a mortuo Duca mense.

Frustra essem, si numo singulari, qui integrum familiam repræsentat, laudes adcumularem, id monere debeo, ne quis putet, ab aliis tribus similibus aliquid pretii decerpi, non raro adcidit, ut ejusdem imperatoris plures eodem velut in nido deprehensi, aululariam iterum producant, dum cimeliarchia alia istiusmodi bellariis deſtituuntur, exemplis Inl. Savorgnani, cui pro dimidia ſolum præda nonaginta & amplius ex Cypro Ptolemæi argentei cefſerunt, & Pellerinii, ſi brevitas pateretur, abunde id inluſtrare poſſem.






MANVLA. *Imp. stans d. nartbecen s. globum tenens coronatur a Deipara; in area. M. ΘΕΤ. sic.
IC. XC. Servator sedens.*

AV. Musei ejusdem.

Æneum mediae formæ protulit Bandurius hujus similem, aureus nufpiam adnotatus raritatis est eximiæ. Quam Germanorum & Gallorum exercitibus infestus fuerit, Conradi & Ludovici, quin Græcorum etiam historiæ testantur, parum Deiparæ præsidio dignus.



ΑΛΕΞ



ΑΛΕΞΙΟ *Protome diademati Alexii II. Comneni d. sceptrum, s. globum crucigerum.*

Μ. Θ.Τ. *Deiparae protome manibus expansis, in pectore scutum cum protome Christi, ut videtur.* **R. Cæf. Vind.**

Nullum nobilioris metalli nobis dedit Bandurius, numus hic ante annum V. C. 1935. Christi 1182. cufus videtur, quo sub moderato magis tutore Alexio item Comneno pupillus imperator vix tertium decimum ætatis annum ingressus agebat; hanc conjecturam conprobabit numus consequens.

ΑΛΕΞΙΟΣ. ΑΝΔΡ. *Alexius cum novo tutori Andronico stantes, in borum medio stans Christus utriusque manus inponit. Pone caput: IC. XC. Deiparae protome in mediis muris Constantinopolis expansis manibus. Anepigrapbus.* **A. de France.**

Singularis hic numus & metalli nobilitate, & adversæ aversæque typis se ita commendat, ut præstantissimis sit ad censendus; signari debuit aut anno superius indicato, aut consequente, quia in antica cum Alexio ipse Andronicus repræsentatur, qui armis ex Paphlagonia contractis, callidoque, quo vitia tegebat, ingenio rem eo perduxit, ut Alexius tutor vincitus ei traditus & excœcatus locum sibi ad tutelam facere debuerit, sequenti etiam anno cum Alexio a senatu ac populo imperator adclamatus.

R. r

Ast non diu conlegam tulit pupillum, nam Octobri mense sceleris
administris Stephano Hagio christophorita & Tripicho Constantino,
quintum decimum annum necdum egresso, noctu fauces elise, ab-
scissum caput, corpusque in mare provolutum fuit. Andronici au-
reum, qui postica inter muros Constantinopolis Deiparam exhibit,
ex du Cangio nobis dedit Bandurius, qui typus, quia in Alexii nu-
mis nunquam visus jubente Andronico cælatus fuisse videtur.



BIBLIOTECA DE MONTSERRAT



13020100000364

BIBLIOTECA

DE

MONTSERRAT

Armari LXXVII A

Prestatge 4°

Número 26

5



